ribus ad cicatrizandum optimum remedium Et auic.
vult hoc de succo cuiuslibet sed vult quod in vase eneo
coquatur. Dixit etiam dyas. quod radix panacedonis
sicatrice inducit sicca et imposita vlcera antiqua
sordida purgat Et cordeon siccum et impositum
ad cicatricem inducit Et dixit etiam de cortice
capparis Et aliebas idem etiam dicit Et dicit sa/
pio de centaurea maiori quoniam si ipsa est recens
et emplastretur conglutinat vlcera et consolidat et
incarnat Et de minori dixit si tota cum foliis
emplastri imponatur incarnat et consolidat vlcera an/
tiqua Et subdit quod quando exsiccatur et administratur
in vnguentis incarnatiuis et exsiccatiuis fistulas
et vlcera profunda incarnat Dixit etiam radix op/
poponacis curat vlcera antiqua quando teritur et mis/
cetur cum melle Et vestit ossa denudata carne
Optimum autem in hoc est rasina pini antiqui
Et opoponac sit dissolutum in vino Et
si melli sit commixtum vlcera antiqua perducit ad
sanitatem Dyas. idem dixit. Dixit etiam sapio

quod viscus misceretur cum olibano curat vlcera an/
tiqua. Bartho. de varijs. dicit quod olibanum sit
tamen viscus et mel contrarium omnia sunt Et dyas idem
dixit. quod omnia vlcera antiqua plena sorde sanina im/
posita cum melle et abstergit et prohibet dilatacionem
ipsorum et mundificat et alia iuuamenta facit Et
dixit etiam de agresta secundum artem cum aceto aceto cocta
confert istis vlceribus Et dixit etiam aloes incarnat
vlcera difficilis consolidacionis maxime que fiunt
in ano et virga Et apparitiones quod fuit in hiis locis
quando dissoluitur et fit linicio cum eo et prohibet humores
qui fluunt ad locum et resoluit eos Et aloes succulentum
non ponitur in virga Et dixit etiam radix apij est
mirabilis et optima in hoc loco quando administratur
trita Et gal. et dyas. idem dixerunt de eo Et dixit
etiam terra sigillata conglutinat vlcera antiqua et desic/
cat ea et quando conficitur cum aceto forti et fiat ut lutum
conglutinat vlcera recencia ¶ Auic. dicit de barba
hyrcina folia eius cum exsiccantur consolidant et confert
vlceribus Et flos etiam omnibus illis est forcior. Dixit
etiam auic. de balaustia vera quod ipsa consolidat plagas
et vlcera antiqua Et excorticacionem que a fricacione
contingit per combustionem puluerizata. Spongia etiam
secundum auic. decoquitur cum melle et consolidat vlcera Et
similiter ponitur sicca super ipsa aut infusa in aq aut in
vino et exsiccat humida et antiqua vlcera. Apuleius
dixit herba sanacionum cum assungia veteri imposita
mirifice sanat. Aliebas dixit quod si aristolo/
ia puluerizetur super antiqua vlcera desiccat ea et sa/
nat maxime si ea distemperetur in melle Et loquitur
de radice Et dixit aliebas stercus canis comedentis
ossa cum melle primo exsiccatum confert Alkin
dixit quod hermodactilus desiccat vlcera antiqua et abster/
git ea. Auic. vult de albo hermo. ¶ Mesue dicit
de yreos quod ossa nuda vestit Et ego dico quod mir/
ra eodem modo operatur. Conuenerunt omnes veteres
quod ad vlcera antiqua et vulnera omnia difficilis
consolidacionis Et precipue frandulenta et humida secundum
bartho. terat in vase eneo et precipue facto ex here
rubeo cum pistello consimili vrina infantis cum mo/
dico aceto et sale vsti in domo calida donec co/
agulletur Et apponatur nam nichil est melius isto
Et gal. dixit quod hec medicina nominatur grisorella
Et bartho. dixit quod ista sola potest imponi vel cum
melle misceri vel cum cera vel cum vnguento secundum
exigenciam Et vult primo abluatur cum aq mellis
deinde cum aqua salsa Et hoc de isto capitulo

Fistula est vlcus profundum cauernosum
cum callositate carnis circumdantis ipm
a quo procedit vt plurimum sanies virulen/
ta Et hoc est quod dicebat in tumoribus preter naturam
Est autem fistula longus et strictus sinus similis aliis
sinibus constrictione et duricie paciens apte mun/
dificari et rursus emittens superfluitatibus vel sa/
niem virulentam propter superfluitatem illuc currentem
Et ex hoc patet quod sanies virulenta non est propria
differencia et essencialis ipsius sed callositas dicta cum forma
fistulari Nec obstat quod dicit magister arnaldus
de villa noua quod quando dicitur sanies fistularum sit aquosa
vel glutinosa seu prope qualitatis extiterit fistula
manet quod si non manet quod sit extincta ¶ Non
reputauit autem gal. neque albucasis dum dixerit

Fistula

Et non est in quibusdam horis humiditas ab eodem
emittens et in quibusdam horis abscindit humiditas
ab eodem. Et illud alicubi tenet atque brunus. Et
glosa magistri. Et Jamerius de duricie de qua incepit ro/
gerium et rolandum. Fistule autem sunt multiplices. Que
dam enim tendunt ad nervum, quedam ad ossa. Recurra
et recurre ad principium huius tractatus pro declaratione
huius. Et iterum quedam sunt in oculo, quedam in mandibu
la et quedam sunt pectore, et quedam sunt in gutture. Et
quedam in ano. Cause fistularum sunt ille que faciunt

Cause et signa

ulcera cavernosa. Sicut est etiam materia flatica visco
sa inepta motioni ut adhusta vel venenosa.
Signa generalia quod sit fistula a specialiter inherentibus quia ab
illa callositate et a forma fistule instrumentaliter
et ab accidentibus ut a fame mala et a dolore quia
in eo non est dolor nisi prius nisi ad nervum tendat.
Significat quod sit in carne ex grossa et viscosa et
turbida humiditate cruda que ab ipsa currit. Signifi
catur quod sit in nervis quia egreditur sanguis et quedam
fex. Significatur quod sit in osse eo quia ipsa sanies
est citrina et subtilis ut ponit avicenna. Et in hoc
iuvat probacio et locus et tempus. Et de hoc indicant
quia si est in loco nervoso vel ossuoso credat quod alte/
ravit ea. Et si transiunt anni credas quod est in osse.
Indicat etiam quod fistula sit difficilis curacionis maxime si
est profunda et antiqua que plures habet concavitates.
Et nota quod fistula que est in membro nobili vel prope
ipsum et que ad interiora penetrat ut ad pectus ven
trem vel vesicam vel ad aliquam de costis vel spondilibus
vel ad aliquam iuncturam puta manus vel pedes suspec
ta est et male curacionis. Cura illa in duabus con

Cura

sistit scilicet in regimine vite et particulari. Vite autem re
gimine tres habet intenciones. Prima est corpus purgare.

Regimen comune

2a est vitam ordinare. 3a est membra interiora
confortare. Prima intencio completur cum evacuatione humorum
peccancium. Consideratione tamen ipsius humoris peccantis
ut dicit brunus. Et ex colore loci cognosces humo
rem peccantem ut ipse met dicit, cum enim superhabundat ma

fla(gma)

teria flatica locus erit albus et mollis et putredo que cadat a fis
tula est aliquantulum alba grossa et multa. Cum vero si melia

melia

superavit livet locus et tendit ad nigredinem cum quadam
duritie et putredo est nigra vel livida. Si colera locus

colera

est citrinus et in punctione arsura sentitur et putredo ma
citrina. Si vero illud quod fuit superhabundans fuit san

sanguis

guis locus rubet / bene corpus inflatur et putredo san
guinolenta currit. Qualiter autem debeant hec membra digeri
et evacuari satis dictum est de apostematibus et ideo illuc recurre.

in interiori

2a intencio completur cum debita administracione sex rerum non
naturalium et specialiter cibi et potus consideracione tamen humoris peccan
tis secundum peccantium illum dietam et te ordinabis potus et

ex 2a cum non na
3a intencio

considerari bene. 3a intencio completur cum potionibus ad
fistulam probatis quarum prima est multum dilecta. Recipe agrimonie
pugillos iii plantaginis pugillos ii foliorum olive pugillum i sandant minu
tim et pistentur et cum vino albo coquantur et fiat colatura
de qua omni die in aurora ciatus unus administretur. Recipe
gentiane pugillos ii centauree pugillum i coquantur in vino albo
et administrentur. Regimen autem particulare quatuor habet intenciones.

Regimen particulare

Prima est strictum orificium ampliare. 2a fistulam auferre et
mortificare. 3a est locum mundificatum mortificatum mon
dificare. 4a locum mundificatum in carne. Prima completur
plurimum modum per forame ponatur tenta genciane aut
mili tre aut brionie aut dragontee aut de frustis
spongie bene torte et aptate secundum medulla sambuci
vel ebuli vel melegarii non presumas tentam facere quia
in extrahendo sepe franguntur et ideo ille tente debent ligari cum

filo eo quia si profundatur non potest extrahi sine periculo et
fiant grosse et longe secundum foraminis continentiam et sint
tente ille per 12 horas. Postea autem removeatur tenta et
si foramen fuerit dillatatum ex hoc erit completa prima intencio.
2a intencio completur vel per immissionem acuitorum et corrosivorum
aliquando per incisionem et cautizationem. 3a cum incisione
et callositatis remocione vel cumulsione. Primum modum
docet Guillelmus faciendo cum impositione tente tincte affodill.
Et rogerius docet cum tenta de cera et de sapone aut
cum tenta linita cum arsenico que non fallit. Brunus et
raynaldus de villa nova. Si autem fistule essent diversis
cavernis tunc oportet distemperare talia acuta cum aceto aut
cum aliquo liquore et mittatur cum clistere tali quod veniat
ad omnes profunditates et claudatur foramen et remaneat donec
suam perficiat operationem et hoc est quod dicit raynaldus fistula
tortuosa intricata numquam per   nisi felleis aut
nitrosis liquoribus imbibatur. Similiter et ad hoc valet aqua
fortis alchimistarum salis petre. Quoniam omnes fistulas morti
ficat et disrumpit. Avicenna et si impleatur foramen ex ra
dice scolopendrie quod liberatur. Aliud bonum. Recipe auripigmenti
sulfuris calcis vive equaliter et impasta cum sapone et im
ple fistulam. Avicenna si autem locus impleatur pulvere ellebori
nigri notum est quod curat, et dimittatur per tres dies secundum aliquos.
Et notum quod inducuntur apostemata et ideo considera. Cinis car
tarum de pappiro quia postquam aceto infunditur et postea exsiccatur
est eis utile valde. Et dicit etiam de cinere calcis vive. Et pul
vis etiam radicis pentafilon cum melle impositum valet.
Radix altee cum sale masticata et apposita fistulas
oculorum purgat et sanat. Et secundum bar. idem potest folia mas
ticata cum sale et supposita. Dicit radix aristologie rotunde purgat
fistulas et ad sanitatem perducit longa autem extrahit et car
ne replet. Constantinus radix yreos citrini confert fistulis
quando pulverizatur in eis. Et dicit yreos yllirica si fiat collirium
cum melle ex ea purgat fistulas et replet ea carne.
Et Serapio dixit decoctio yreos facit orire carnem in fis
tulis et ulceribus profundis et replet illas quando terantur et pro
iciantur in eas. Et quando ponitur cum melle et proiciatur mun
dificat eas. Et apuleus sic dixit. Recipe radicis gladioli
ana uncias iii et drachmas vi aceti quatuor duos adipis vulpis et
iii greces et in panno ligetis et in fistula ponas mirabiliter
sanat. Et dixit etiam quod betonica cum modico sale trita
et imposita curat. Et Galienus dixit de planta centaurea centumi
tres ineris quod fistulas nata est curare et duricies
antiquas mollificat et male morigeratum vulnera
curat. Et Avicenna dicit centaurea ponitur in emplastris
et consolidat fistulas et ulcera profunda et ulcera mala.
Et bar. dixit quod ad fistulas radix eius imponitur cum
vino et melle et aliquo unguento. Et Serapio dixit quando
folia ebuli recentia miscentur cum farina ordei et fit inde
emplastrum conglutinat fistulas et ulcera generata. Et apuleus
dixit succus plantaginis fistulis infusus mire sanat. Et
de minori plantagine dixit dicit cum assungia veteri fistulis
imposita fistule curat. Et de ipsa dicit Guillelmus quod fuit expertus
in pede infirmi iam fistulis perforato. Non autem erit
ad hunc fistula. Et alibi dixit cinoglossa sanat fistulas
que fiunt sub oculis et alias fistulas. Rogerius. Si mel coctum
dissolvatur in aqua tepida et destilletur per syringam in vesica
mundificatur. Mortificat fistulam vesice vero de partibus
fistulis durum loco suo. Et dixit bar. brasica cum ruta
et coriandro et farina ori fistulas intersit. Et alibi et
avicenna dicit quod suffumigium factum cum ea confert. Serapio ad
omnes fistulas confert aloes pulverizatum aut dissolutum aqua
Rasis cum felle bovis dissolutum in aceto confert. Dicit fel cap
ni cum succo porri fistulas curat. Si vero si fistula tor
tuosas multas habuerit et medicina per ipsam non transeat

nihil melius est quam supponere stercus caprinum cum melle tepido
quia omnem tumorem soluit sanie exhibit mundificat neruos
purgat et dolorem mitigat et fistulam sanat Et dixit etiam stercus
hominis ustum addito puluere piperis super os fistule occidit Rasis
hominis ossa combusta donec fiat cinis et tunc supponantur cum aloe
et impleatur fistula ex eis sanitatem prestabunt. Et dicit quod vulnera
difficile sanabiles et fistulosas propter reuma defluens sanat
testa ostrearum que comburitur et teritur subtiliter et lauatur et
administratur cum assungia porcina et subdit quod potest addi aliquid
ex medicinis incarnatiuis sicut est es ustum Auicenna posuit cinis
pellis mulaci et silicum super adustionem ignis et ulcera callida
cum non sunt cum apostemate et est melius exsiccatiuorum pedum a calcaneo
et coxare fistulam Et alio et 2o dixit quod bolus armenus solus
puluerizatus valet fistule Et bar. dixit quod ad fistulas et ulcera
profunda replenda fiat linimentum cum ipso Et et melle et
cum aqua mellis ablutis Et Guill. de brig. dixit quod utile est
stercus premissum sal quoniam magis exsiccat Alius Recipe sal tartari
costus et aquarum et facto puluere conficiatur cum melle et tortilis
in unge et imponat ossa fracta extrahit et malam car
nem corrodit et fistulam sanat Et Guil. ad fistulas
humidas utitur radice filicis illa maxime cuius color est rubeus
quam puluerizatur et desiccatur imponitur et hoc fit in fistulis diffi
cilis consolidationis. Experimentum Recipe fialam unam vini de maluasia et
in ipso bulliat ℥ i. croci sal modicum et bulliat usque ad
consumptionem medietatis ex hoc lauetur omni die et sanabitur fis
tula nutu dei Lanfrancus promittit eas curare cum agri
monia et sale sed non credo licet forsitan sit inuentum in
fistulis nouis in aliis non omnia etiam ista que sequuntur valet fistulis
Auicenna testiculi canis aperit fistulas quando teritur et imponitur
Dy. confert etiam radix dragontee quando ex ipsa cum melle
tenta fiunt collirium et immittuntur illas occidit et sic expertus.
Sapio lac titimali et sucum eius imposita fistulas istas
comedit Et dixit etiam ipse si vitriolum dissoluatur et proiciatur ad
fundum fistule sanat Aliud expertum quod posuit Guil. de brig.
Recipe vini maluatici et laua locum omni die et facta lotione
imponas radicem lapatii et habet radices rubeas et aliqui ali
quos vocant pacientia deinde inungatur cum unguento apostolorum vel
cum egyptiaco secundum quod videris oportunum Comedit etiam fistulas
radix aristologie rotunde quando abraditur et melle inungitur et intromittitur
Et non ut dictum est quod semper circa locum apponas defensiuum in
propter fortitudinem illarum medicinarum Auicenna si autem fistule fuerint
recentes possumus etiam locum lauare cum aqua maris vel cum
aqua saponis et aqua cineris et isto possumus premissa de arsenico
et de sale armoniaco et aqua sublimata et possumus ponere vit
olum Aliud ad idem Recipe arsenici citrini ℥ i. Et calcis viue
℥ iii incorporentur simul cum aqua calida et fiant trocisci et exsiccentur
et cum opus fuerit tere et utere Aliud ad idem vitrioli
Recipe elleboris albi centaurie radicum scolopendie yreos farinae
or. ana partes equales et terantur et fiat ex eis puluis et repleatur
ex eo fistula cum assiduatione quoniam sanat Aliud Recipe sucum celidonie
urine pueri ana ℥ iiii calcis viue ℥ iii arsenici citrini ℥ i.
confitiantur sic simul et urina bulliant in olla et calx cum eo
incorporetur et non superflue bulliat sed parum deinde desic
cetur et formentur trocisci Aliud ad idem Recipe calcis viue
p. ii arsenici citrini sulfuris viui ana p. i. et cum volueris
operari incorpora cum aqua cinerum ut est donec fiat sicut unguentum
et utere Recipe limature ferri arsenici citrini vitrioli cum
usti capillorum rossorum ana partes equales calcis viue contra ut
omnia terantur et puluerizentur deinde confitiantur cum melle dispumato
et fiant trocisci deinde rotundantur in loco quod ab humore tangi
non possint neque corrumpantur et cum volueris operari tere ex eis
quantum sufficit et utere Callositate remota ista valent de
mente auctorum vel valet in fistulis ubi non sit callositas
fistula quando accidit in intestinis aut vesice aut que accidit
membris principalibus vel nobilibus non curatur omnino

Et si accidit costis vel spondilibus dorsi vel fuerint iuxta
neruos vel venas magnas non curatur ymo omnino incurabi
les sunt. Verum fistula que est in neruo est difficilis consolidationis
quia non patitur solutionem nec medicinas fortes ut sanatur notum est
verum si ipsa fuerit in principio possumus ponere medicinas leues et non
fortes verum si ipsa fuerit in osse remoueantur ossa primo
tamen orificio dillatato et ipso discooperto exeunte et in capitulo
proprio loquar melius Et 2o modo alio et 2o completur per
incisionem Et inscidatur per hunc modum tenta linea aliquantulum
lata usque ad fundum ponatur deinde incidatur totum a fun
do usque ad orificium et statim propter fluxum sanguinis
repleatur locus cum albumine oui et rebus dillatantibus et
cum stuppis Et hoc facto cauterizet locum cum ferro
ignito aut cum potentiali facto de puluere affodillorum
aut arsenico Auicenna hoc fac cum argento viuo subli
mato taliter quod nihil callositatis nec corruptionis nec etiam
potest nasci remaneat etiam in ulcere Et circa locum semper ponas
defensiuum de bolo pluries dictum vel aliud Et signum
autem quod acuta medicina suam fecerit operationem est ulceris
tumefactio ut dicit rogerius et medicina moram habeat
per tres dies ut hic visus Cum autem fistula cauterizata
fuerit et desiccata succurratur cum medicamine mitigatiuo
sicut in primis cum oleo et vitello oui deinde apponatur
butirum vel aliquod unctuosum donec escara cadat
et insaniem queratur. Cumque sanies que prius erat indigesta
egreditur digesta et inviolata signum est quod fistula est
mortificata Et hoc dicebat arnoldus ex quibusque sunt
pro fistula sanie prima et perfecta emisit ibi fistula
iam est extincta Completur etiam illa 2a intentio per hunc
modum incidatur locus et ipso exeunte incisio remoueatur
caro illa mala cum rasorio usque ad carnem bonam quod
apparebit per puritatem carnis boni ut dicit Auicenna aut
cum medicina forti 3a autem intentio que est mundificare
locum et 4a que est locum mundificatum incarnare et
sanare completur ut iam dictum est in ulceribus aliis cauer
nosis Et ultimo notes quod fistula aliquotiens est in loco
quod ipsa non potest curari sicut est in membris sublimibus et in
vicinitate neruorum et venarum. Vel si eger est debilis
non potest sufferre penam vel timor ne remaneat
alia egritudo peior Tunc notes quod cura debet esse
palliatiua cum debita purgatione diuersione materie ad partes minus
nobiles et mundificetur ipsa a carne fraudulenta
et unctuosa deinde repleatur cum exsiccatiuis debitis
cooperiatur cum dyapalma aut emplastro nigro quoniam ipsa
remanebit quieta tempore longo dum tamen quod caueatur
ab aqua et a situ doloroso et a motu laborioso Et
istam palliationem et modum ponit Auicenna et arnoldus
et super eam rationatus est dum dixit meatus in naturis quod
diu manauit ut in fistulis antiquatis obturare negligas
absque timore grauioris inconuenientis nisi manatio consueta
ad proxima diuertatur.

Quia multotiens in ulceribus super excrescit caro
propter cuius excrementum impeditur consolidatio ideo
Auicenna in hoc capitulo vult dare modum remouendi istam
carnem superfluam. Iste ergo medicine que remouent car
nem malam quanto sunt minus mordicatiue tanto sunt me
liores propterea quia dolor est unum ex hiis que prohibent membra
a consolidatione et etiam est causa apostematis et propter hoc quanto minus
mordicant tanto sunt meliores Et non ut dicit Auicenna
hoc operatio est quia necesse est operari ne est carnem generare et specialiter
in ulceribus ut est notum ergo etc. Et hoc sensit Gal. 3o de
ingenio sanitatis cum dixit carnem creare et consolidare cum
actione nature fit amputatio et mundare opera carnem superfluam
non fuit actio nature Et ex hoc si bene consideres

habes rectificationem textus auic(enne) cum dix(it) nascentia eius
carnis e(st) opus ne(cessari)u(m) q(uo)d n(atur)a no(n) facit nasci sine sit cu(m) ad
iutorio medicine sine absq(ue) eius aux(ili)o e(st) q(uonia)m ne(cessariu)m et troci(sci)
calidiores quos ponit rasis ponit ut dicit auic(enna) sunt
boni si sunt recentes Si aute(m) fuerint antiqui no(n) valent
q(uonia)m si vis eos (con)servare ut dicit auic(enna) ponas in loco ne
aer attingat eos Et feces aceti apud aliquos sunt laudate
p(ro) quo notes q(uod) serapio in c(apitul)o de fece vini dic(it) q(uod) cu(m) fex
vini adhuritur h(abe)t virtutem diminutiva(m) carnium s(ed) de fece
aceti no(n) sic inveni(tu)r Vini ergo fex vini d(ebet) (con)mistrari cito
q(uia) eius virtus cito evanescit Ista g(enera)l(ite)r auic(enna) q(ui) dic(it) verbo
ap(ud) me no(n) e(st) sanum dupl(icite)r p(otes)t exponi uno m(od)o q(uia) no(n) est
sanu(m) q(uia) no(n) h(abe)t virtute(m) sufficientem p(ro)p(ter) hoc q(uod) cito destruit(ur)
virtus eorum / et lo(quitur) feces iste sic reservate no(n) faciebant op(er)us
de qua sit curandu(m) Et lo(quitur) ex iste fiant troci(sci) in forma
avellane et tunc virtus melius (con)servat(ur) ut dic(it) auic(enna) / dix(it)
q(uod) removet carne(m) mala(m) sunt sicut cortices eris (con)creata
adhusta et due sp(eci)es ceruor(um) s(cilicet) marinum et terrestris ad
husto(rum) cu(m) carnib(us) suis et fortius illo e(st) scoria eius et
glutinu(m) auri et colcotar et dragantu(m) et flos eris
Et notes bene q(uod) adhustio minorat virtute(m) eius et mor
dicatio(n)e(m) eius tollit et addit in corpore supfluitate(m) Auic(enna)
R(ecipe) alcali calcis no(n) extincte et dimittat(ur) in septuplo
sui aq(ue) in sole septe(m) dieb(us) et moveat(ur) o(mn)i hora donec
ingrossetur et fi(at) sicut lutu(m) et fi(ant) troci(sci) et administrent(ur)
Et ung(uentu)m viride et sp(ec)ial(ite)r factu(m) cu(m) salgem(m)a Et (con)clusive
omnes me(dicine) q(ue) removent carne(m) additam de naso q(ue) po
lipus d(icitu)r ad remotione(m) carnis addite ut d(icit) auic(enna) i(n) fine
huius capituli.

In hoc c(apitul)o docet auic(enna) remotione(m) quoru(n)da(m) accide(n)t(ium) q(uo)d
sequunt(ur) ad ulcera p(ost)q(uam) curata sunt Et accidens c(on)ti
nuatum vitia aliqu(a)n(do) non curant(ur) p(er)fecte ita q(uod) ex toto
removeat(ur) eius malicia Accidit q(uod) p(ost) (con)solidatione(m) p(er) temp(us)
aliquod disrumpit(ur) docet g(enera)l(ite)r h(oc) accidens corrigere d(icen)s
g(enera)l(ite)r auic(enna) Quando p(ost) corp(us) disruptione(m) est ut amputat(ur)
caro mala aut os quod sequit(ur) ad ea(m) deinde sic occu
pari in desiccatione eius s(ecundu)m quod scis Et remotio
carnis male debet fieri ut iam plures dictu(m) est Consi
deres tu(n)c carne(m) mala(m) q(ue) d(ebe)t removeri si fuerit circa supad(dita)
multe ut e(st) circa polipi reautre ad cap(itu)l(u)m p(er)fectu(m) i(n)m(edia)te
Si aute(m) ea no(n) fuerit multa tu(n)c removeat(ur) cu(m) aliqua
(con)busto vel no(n) (con)busto vel cum aliis s(ecundu)m necessitate(m) loci
Et aute(m) os fuerit corruptu(m) removeas corrupt(ionem) eius
ut diceret et c(on)venientia ossa sunt folia papaveris nigri em
plastrata cu(m) foliis fici et sambuci Semen etia(m) iusquiami
albi et calcadis equalib(us) p(ar)tib(us) emplastres deinde (con)serves
in 3(o) q(ue) in exsiccatione ut dictu(m) e(st) et (con)solidet(ur).

Innuit eradicatione(m) vestigioru(m) ulceru(m) et
vulneru(m) medicinis abstersivis forte(m) mundifi(cativ)is
et sunt (con)tinue cum prox(imitate) virtuti eius quod abstergit g(enera)l(ite)r
curet(ur) forte cu(m) forti et q(uod) mi(nu)s eo cu(m) eo q(uo)d e(st) minus eo
Mediane forte exsiccantes sunt sicut squama ferri
cu(m) lacca. Calx etia(m) et mel si liniant(ur) desup(er) stafisagria
et mel si superponent(ur) ad invice(m) et liniat(ur) u(bi) sunt calcan(thum)
et albugo ovi et arsenicu(m) et lap(is) pi(n)p(inalis) h(oc) faciunt
Mediane leves sunt fabe et farina ciceris et seme(n) rafani
et adeps azini in hoc e(st) valde bona et sp(ec)ial(ite)r si secum
assentant(ur) fabe vel seme(n) rafani Oleum de ulmo multu(m)
removet vestigia verberati et oleu(m) de tartaro et
si vis vide(re) ista recurre ad tractatu(m) de decoratio(n)e Ista
etia(m) attenuat vestigia ulcer(is) ut(ra) dixerit veteres q(uod)
si cicatrizes liniant(ur) cu(m) pulpa ficuu(m) q(ue) p(ri)us in aceto co
quit(ur) et p(ost)(ea) emplastrent(ur) supfluitat Delet etia(m) ulceru(m) a(n)tiq(u)as
cicatrizes serapinu(m) i(n) unctus cu(m) aceto q(uod) sepe fricat(ur) cu(m) eo

Et bar(tholomeus) de varign(ana) dix(it) q(uod) h(oc) fiat q(uonia)m cicatrix e(st) (con)fessa et mob(ilis)
et corpus e(st) tollerans me(dicinam) / q(uonia)m e(st) eg(o) dissolvat(ur) cu(m) oleo.
Mesue pulvis radicis cucumeris asini attenuat cicatrice(m)
fedam et removet vestigia nigr(a) q(ue) remanent p(ost) pustulas
Serapio radix cucumeris asinini administrat(ur) sicca tota et
mondificat morfeam et vestigia nigra que remanent p(ost)
(con)solidatione(m) Et auic(enna) voluit hoc de tota planta pulveriza
R(ecipe) stercus columbi cu(m) melle vel seme(n) lini tollit pelle(m)
sup(er) excrescente(m) a parte (con)sta q(ue) sequit(ur) delluadant et bo(n)
ficiant eas R(ecipe) cedria q(ue) pix cedri dicit(ur) delluadat
cicatrices Ite(m) aprunta dissolutu(m) cu(m) oleo de seme lini sup(er)
linita ulceru(m) delet vestigia Sic etia(m) cicatrices liniant(ur)
cu(m) corticib(us) olibani dissolute cu(m) melle delent(ur) R(ecipe) p(ur)
gat eius vestigia ulceru(m) oleu(m) de amigd(alis) amaris impo(s)itu(m)
cu(m) melle eq(ua)l(ite)r et in unctum oleu(m) de seme lini cu(m) oleo
de fistici mixtu(m) vestigia om(n)ium cicatricu(m) tollit Serapio
oleu(m) de cicuta (con)fert ulcerib(us) fedis q(ue) remanent p(ost) (con)so
lidatione(m) clavor(um) et dixit serapio R(ecipe) fex vini adhusta
et abluta cu(m) oleo illinita limpidat cicatrices Serapio
et G(aleno) sicut gruum ben aufert ulcera et cicatrices Et
bar(tholomeus) de varign(ana) dixit oleu(m) de been sive oleu(m) musceli(num)
q(uo)d id(em) e(st) misceat(ur) cu(m) modico aceto et nitro valet. R(ecipe) del
luadat etia(m) cicatrices nepita viridis cocta i(n) vino et
sup(er) emplastro. Et apiu(m) risus cathapla cicatrices (con)sumit
R(ecipe) radix vitis albe mixta cu(m) orobo et fenugreco a
sola fricata et ad colore(m) suu(m) reducit Sola radix camelontis
nigr(i) trita et mixta cu(m) suls sulfure mundificat impetigines
morfeam et cicatrices Farina lupinor(um) delet cicatrices
q(ue) fiunt a pustulis Serapio q(uod) laudanu(m) cu(m) vino linit(ur)
sup(er) cicatrices ulceru(m) meliorat dix(it) etia(m) fel tauri q(uod) cu(m)
melle misceat(ur) et linit(ur) curat ulcera et meliorat cicatrices
Kyranus fel thauri cu(m) testa ovi solutu(m) et i(n) unctum effic(it)
cicatrices eiusde(m) coloris Et dix(it) etia(m) kyranus fel testudinis
et albugo cu(m) melle sanat Et dix(it) (con)stantinus saliva hominis
maculas vulneru(m) i(n)uncta mundat et alcabas dix(it) lavet
maculas et albin d(icit) q(uod) sit saliva hominis ieiuni Rasis
stercus gallie cu(m) melle mor(sus) vngueti misceat(ur) cicatrices
mundat q(ue) fit ab apate q(uo)d d(icitu)r ignis sac(er). R(ecipe) sic guill(elmus)
certo aute(m) su(n)t experti q(uod) sperma ni(mis) le sup(er) i(n)uncti mire del
luadat cicatrices et dic(it) sed q(uonia)m fiunt cicatrices i(n) vulnerib(us)
assiduet(ur) eius in unctio positus illas delet Et subdit q(uod)
certe sicut et alia me(m)bra radicalia hunt suu(m) p(r)imu(m) ori
gine(m) a sp(er)mate et no(n) de sanguine erit ergo cu(m) abst(er)sio(n)e
sp(er)mati m(aioris) ipsam occulta(m) p(ro)p(ri)o(ne) ista sunt v(er)ba eius

Verius p(ro)p(ter) vehementia(m) s(ens)us corp(or)is et (con)tinuatio(n)e(m)
suam cu(m) cerebro accidit ex vulnerib(us) corp(or)is dolores
vehementes valde et lesiones valde magne s(icut) spasmus
et p(ro)pinq(ui)tas co(m)misset alienans no(n) est excusat(ur) q(uonia)m ille sit
ap(u)d nug(a)l(ia) Et cause si(n)t poi(n)t Ga(lenus) 3(o) teg(ni) Nervu(m) eius
et tenantes punctura p(ro)p(ter) plura s(ens)u(m) p(ar)ata sunt adve
care spasmu(m) s(ecundu)m quib(us) p(ar)tib(us) o(mn)ium dic(i)t(ur) doctores a(n)i(ma)li q(ue) sunt
acci(dentia) q(ue) sunt ap(er)ta (con)sequ(untur) ad illa vulnera Sunt e(ni)m trix
s(cilicet) dolor vehemens valde spasmus et p(ro)pinq(ui)tas c(ommissu)ris.
Et dolor sit accidens molestu(m) ap(p)ar(et) q(uia) dolor e(st) actus
et potens virtu(te)m (con)sternere Tu(nc) etia(m) q(uia) dolor e(st) causa
spasmi sicut dicit lex Et spasmus sit accidens molestu(m)
notu(m) est q(uia) spasmus e(st) eg(ritudo) in qua p(ro)hibet(ur) anhelitus
qui e(st) necessarius in vita Spasmus etia(m) no(n) accidit sine
lesione cerebri lesio aute(m) illa e(st) molesta et suspecta
Et p(ro)pinq(ui)tas co(m)missis sit accidens molestu(m) notu(m) e(st) q(uia) no(n) acci(dit)
sine lesione mag(na) facta i(n) cerebro et ex h(oc) p(atet) q(uod) ulcera
q(ue) fiunt in nervis sunt (con)sti(tuta) suspectiora aliis p(ro)p(ter) illa acci(dentia)
Et ex hoc p(atet) 2(o) q(uod) cura istoru(m) ulceru(m) diff(er)t a cura
aliorum ulceru(m) carnosoru(m) s(ecundu)m vulnerib(us) aute(m) nervoru(m) e(st) nece(ssari)o

no(ta) ma(teri)a de sp(er)mate v(iri)

Guilhermus

phibeat ne ista accidentia eveniant Et ideo galienus 3° de ingenio sanitatis de complexionibus morbi dicit quod si duo morbi complicantur vel plures complicentur debemus vacare ad magis suspectum et ideo non oportet nos attendere ad vulnus vel ulcus est si oportet etiam phibere ne illa accidentia mala eveniant In rebus etiam propositis ostendit avicenna cum dicit propter vehementiam sensus corporis et propter continuationem corporis cum cerebro Sed notes bene quod vehementia sensus est causa ut dolor in vulneribus vehemens accidat Et sic ergo galienus de accidenti dicens quod membrorum quanto est magis sensibile in multitudine passio maior quanto autem vehemens accidit passio in membro tanto dolor erit maior propter hoc accidit quod in vulneribus nervorum accidit maxime dolor propter vehementiam sensus quia est in eis quoniam nervus est principale organum sensus tactus medians quo defertur sensus tactus per totum Secunda causa spasmi est dolor ipse vehemens et est continuatio ipsorum nervorum ad ipsum cerebrum et ideo quia dolor vehemens est causa apertionis in ipso nervo Hec autem prima est causa spasmi 2° dolor est causa eventus spasmi propterea quod ex dolore accidit quod nervus refugit ab eo quod ledit nervus autem refugiens contrahitur in se ipso ad quam contractionem sequitur spasmus propinquo autem radicis accidit propter continuationem nervi ad cerebrum nam ex continuatione aptitudo est ut cerebrum paciatur et ad ipsum perveniat ex nervo aliquid materie vaporalis et fumosa calida ex cuius caliditate accidit in cerebro ratione permixtionis Et specialiter hoc fit quando nervo accidit apostema calidum ad quod febris consequitur etiam propter hoc accidit ratione permixtionis Notes etiam quod spasmus est duplex scilicet proportionatus ad materiam et non proportionatus ad materiam Iterum est duplex quidam de inanitione et quidam de repletione Modo ad propositum isti spasmi qui fiunt in hoc casu sunt proportionati ad materiam et sunt de repletione Et spasmus etiam causatur in cerebro duobus modis Uno modo quia fumi elevati ad ipsum cerebrum per nervos ratione virulentie retente et ratione sue male qualitatis est causa ut cerebrum moveatur motu compassivo ad expellendum ratione cuius causatur spasmus et illa materia non ratione repletionis sed ratione male qualitatis et ideo dico et concludo quod spasmus talis et per hunc modum causatur in punctura quia materia illa retenta et evaporantur ad cerebrum ratione cuius evaporationis et male qualitatis inducunt spasmum Et ex hoc patet solutio illius affo. 4° particule quibuscumque tumores in vulneribus apparent non valde spasmantur Et ex hoc etiam apparet expositio textus avicenne cum dixit et multotiens pervenit ad spasmum vulnera nervorum absque intentione lesionis prius id est absque antecessione doloris vehementis et illud patet ad sensum quod dolore non existente in loco vel ad minus magno causatur spasmus Alio modo potest accidere spasmus eo quod materia transmittitur cerebro per nervos ratione cuius repletionis materia illa imbibitur aliis nervis et causatur spasmus per totum et istud accidit ex debilitate virtutis regitive totius et hoc quia materia que erat in loco subito redit ad cerebrum et illud videtur esse quando tumor qui est in vulnere subito disparet propterea quia materia redit ad membra nobilia Et ideo fuit dictum supra quod si in illis tumor disparet est malum si apparet bonum quandoque Et nota istas dispositiones nunc dictas accidunt etiam isti vulneribus alie dispositiones que leviores sunt istis sicut est febris apostema vigilie et desiccatio lingue. hec dispositiones leviores sunt primis quia a leviori causa accidunt alie autem a fortiori Et est modo videndum Si spasmo superveniat febris utrum sit bonum vel non quia ypocras dicit febrem in spasmo meliorem quam spasmum in febre. Respondeo quod bonum est si febris superveniat et fuit levis quando ipsa curat eum in contrarium humores frigidos eum consumit a febre Si tamen ad febrem sequitur spasmus malum est quia signum est quod non supervenit propter aliud nisi propter repletionem Et iterum notes 2° quod febris potest supervenire spasmo dupliciter uno modo ut febris sit accidens spasmo et sic non est bonum quia signum est quod nervus iam apostematur Alio modo potest accidere febris non ut sit accidens vulneri sed supervenit per accidens putrefactionem ex aliqua materia putrefacta in venis vel extra et isto modo quia febris non supervenit

ratione malicie vulneris bonum est Et notes ut dicit avicenna quod similes dispositiones accidunt cordis musculorum et propterea si accidit vulnus extremitatis capitis lacertorum a quibus ipsa corda oritur propter quod notes quod corda nullus sentit propter originem suam et ideo sequuntur illa accidentia nunc dicta In medio autem non sentit et natura ordinavit hoc ut patet in c° de membris eo quia ipsa in medio continue fricatur cum fractura ne continue ratione illius fricationis causaretur dolor ordinavit natura ipsam illic non sentire ut clarum est Notes etiam quod ista accidentia non accidunt ita intensa in corda sicut in nervo eo quia nervus magis sentit ipsa corda Sunt dicit avicenna et quando apparent nervi et que sunt eis similia tunc si advenerit frigus spasmantur Una causa est quia frigus de se est causa spasmi ut dicit ypocras particula 2° afforismorum frigiditatem spasmos in frigido etiam quia condensant et congelant et inspissant substantiam nervi ut dicit avicenna propter quod accidit contractio nervorum ex qua contractione sequitur spasmus Alia causa est quia frigiditas est causa ut superfluitates teneantur in ipso nervo et non resolvantur ab eo hoc autem primo spasmat et etiam hec humiditas retenta ad cerebrum producitur unde contingit ex passione frigida spasmus in toto Sunt condicit avicenna quando nervi ledantur a rebus putrefacientibus ut patet 4° methaurorum putrefactio fit a calido et humido quia quando nervi generati sunt ab aliqua re humida que congelata est a frigido Nunc autem humidum quod congelatum est a frigido est aptum dissolui a calido quapropter nervus sunt nocive pulveres mollitive et alia que ignarus cirurgicus apponat Et hoc est quod avicenna vult dicere cum dicit et ad humiditatem preparant putrefactionem ex humiditate et caliditate humida et decoquitive in eo id est talis caliditas decoctione id est putrefactionem faciunt in membris Non autem dicit quod nervi sunt creati ex humiditate quia congelantur et coagulantur frigido Cum galienus dicit quod creati sunt a re humida non intelligit quod in genere membrorum sit materia nervorum humida ymmo in genere membrorum ex quibus generatur ipsa caro est siccior sed intelligit quod sunt creata ex materia humida id est sunt creata ab humiditate aliqua corporis natura sicut ex spermate et sanguine menstruo et omnibus membris supponitur quod materia que est res liquida humida fluida per actionem caloris naturalis virtutis informative in materiam spermaticam condensantur Et ex hoc patet responsio ad aliud quia aliquis diceret tunc quod frigidum mitigat opus nature Respondeo quod pura frigiditas non mitigat opus nature remissio calidum sic Et notes bene quod phylosophus in 3° de generatione animalium videtur ad litteram ponere quod ossa et nervi fiunt ab intensione caliditatis quomodo galienus fiunt a frigido Iste littere videntur contradicere Respondetur per hunc modum quando nos videmus in fictione rerum exteriorum causas fieri a calido et prius a calido et cum hoc remanet calidum Aliqua etiam sunt que sic se habent quod quantum ad fieri fiunt a calido in fine autem esse frigida sunt eo quia partes calide exalaverunt et frigide remanent coagulate et condensate a frigido remanent et causa hec frigida sunt Et sic est modo in quibusdam membris interioribus quando licet ipsa quantum ad fieri generentur a calido tamen in fine propter multam evaporationem humidi evaporat eius calidum unde remanet a frigido condensata propter quod quantum ad complementum corporis remanent frigida vel fieri a frigido et illo modo nervi et ossa dicuntur esse congelata et hec est intentio phylosophi et ideo isti non contradicunt et considera bene hoc Et subdit avicenna quod aque frigide nocent contrarie quia inducunt spasmum et calide ex hoc quia putrefaciunt et est notum et similiter oleum aliquod Et notes quod oleum non convenit quia putrefaciunt salvo quod in mitigatione doloris convenit quia ipsum est mollitivum et calidum Et notes quod istud oleum non debet approximari ad medium nervo existenti discooperto in volendo dolorem mitigare sed ad quod Et si nervus non sit discoopertus ut in punctura non curetis ipsum apponere in orificio vulneris propterea quia oleum non intrat ad substantiam nervi proprie et est apertivum et mitigativum doloris et ideo in punctura convenit et non aliter quia nervus in punctura

non appz et vide bene Alio etiam ponit in vulneribus
nervorum ut dicit litera auctoris quod aliquando est necesse apponere medicinas
in vulnere que grosse et terrestres sunt ut non possint penetrare
et ad substantiam nervi attingere nos scimus ponimus oleum et est
clarum ut eius virtus illarum medicinarum in substantia nervi penetret
que grosse sunt ponimus oleum Et notare bene debes quod dicit auctoritas
et sunt medicine resistentes qualiter intentum et purgatio solet
quibus preferunt hanc operationem Intellige ergo quod oleum non est
conveniens quia putrefaciunt et medicine purgantur non conveniunt quia
dolorem inducunt In ergo illa duo miscentur ad invicem fit unum
conveniens quia humiditas olei removet mordicationem medicinarum
acutarum et acuitas et stipticitas earum removet putrefactionem
olei Ex quibus ambobus fit conveniens medicina propter quod ex hiis
appz repletur esse causam quia venimus oleo in vulneribus nervorum
et tu vide. Et si contingat quod nervus apertus aut corpus est
difficilior quam si caro aperitur quia difficilius est resolutionem maiorem
existentem in nervis quam maiorem existentem in carne/ et hoc si apta
fuerint per viam resolutionis Et tamen si apta fiet per viam resolutionis
cura est etiam tardior in nervis quia nervi sunt substantia dure et
frigide quia maturantur tardior et istud concipit ex dictis in
tractatu de exituris Etiam si ulcera contingit in nervis
difficilius etiam consolidantur propter causas dictas nunc Ad has
causas adiuvat vehementia doloris qui consequitur plus dispositiones
istius existentes in nervis vehemens enim dolor prohibet
virtutem ab omni sua operatione cum natura pervertit Vulnerum ergo
que fiunt in nervis aut est punctura aut est scissio Et illa scissio
aliquando fit per longum nervi aliquando per latitudinem Et si fit per
latitudinem aut incidetur nervus totus aut non et totum hoc
est clarum Licet modo facta divisione istorum ulcerum comparare
ea ad invicem In punctura ergo dico quod sequitur accidentia peiora
Deinde est scissura in qua fit scissio nervi per latitudinem non
tamen ex toto/ deinde est scissio nervi ex quo totus nervus
inciditur secundum longum Et omnia illa declaro Pro autem quare
punctura est magis suspecta est quia in ipsa inveniuntur due cause
que sunt maxime nocentes apparet et spasmi in nervis
scilicet dolor et retentio illius virulentie que non potest ita fluere
et exalare sicut in aperta scissura Pro autem 2a clarum est
quod nocumentum in illo membro factum communicatur cerebro ex quo
contingit spasmus et hoc est quod dicit auctoritas vilis enim sanies
ledet ex vicinitate mense Ex quo patet ratio quare si nervus
totus inciditur accidentia non sunt ita mala quia si cutis non
timetur in loco non est possibilis quod id nocumentum communicetur cerebro
propter quod in ipso non sic timetur adventus spasmi Et hec
est causa quare in punctura vel alia incisione timemus
spasmum nos incidimus nervum ex transverso quoniam tunc
minus timemus spasmum verumptamen propter membrum operationem suam
Et illud vult cum Galenus in 3 de ingenio sanitatis et patet
ab auctoritate cum dicit et fit utrorumque necessarium multorum i tunc
abscindere vulneratum et puncturam cum totaliter et perveniunt ex
eo quies et separantur accidentia mala propter quod comparata sunt vulnera
nervorum ad invicem Iustum est modo comparare ad invicem ulcera
que fiunt in nervis que solent in substantia in nervis sicut sunt
nervus corda panniculus villus et ligamentum Dico ergo
primo quod vulnera magis suspecta sunt illa que sunt in nervis
deinde illa que fiunt in panniculis Deinde in cordis/ minora
vero fiunt in ligamentis De ligamento intellige illud quod
dicit Galenus de ingenio sanitatis dicit enim quod ligamentum est duplex
quoddam enim est ligamentum ossis quod coniungit os cum osse et tale
est membrum ignobile/ et vulnus factum in tali ligamento
non habet suspectionem et talia vulnera in tali loco indigent
et sufferunt medicinas fortes quia caro non est sensibilis Aliud
est ligamentum quod coniungitur lacerto quod pervenit ad constitutionem
substantie lacerti et quia tale ligamentum communicatur cum membro nobili
et sensibili si vulnus fiat in eo est suspectum quod debet curari
ut vulnus factum in membro carnoso Intellige 2o

de panniculis quod panniculi sunt duplices non distinguendum
panniculum a villo ex opposito quedam sunt qui dissolvuntur sunt per
musculos quedam sunt qui cooperiunt membra principalia Dico ergo
quod vulnera que fiunt in panniculis qui dissolvuntur sunt per musculos
sunt minus timorosa quam illa que fiunt in nervis Vulnera autem
que fiunt in panniculis membrorum principalium sunt valde timorosa
et de talibus non intelligit auctoritas hic Notes bene quod corde
sunt duplices quedam sunt panniculares et iste sunt late ad modum
panniculorum Alie autem sunt rotunde et ille habent maximam
distinctionem a panniculis alie autem non et in hoc potest esse error quia
medicus putabit quod vulnus sit in panniculo et non erit et tunc
erit error et tu consideres hic autem docet cognoscere per duo
signa primum si panniculus apparuit non appz in tali membro
villi qui deserviunt ad sensum si in corda que assimilantur panniculo
appz incessus villorum maxime secundum longum et hoc ideo quia corda
ipsa est composita ex villis nervorum et ligamentorum et propterea in
ea plus apparent villi manifeste quam in panniculis 2m signum est
quod corda habet maiorem duritiem et grossitiem quam habeat panniculus
Iste premissis intellige quod auctoritas dicit Et vulnera quedam
in panniculis sunt leviora eis que sunt in cordis/ nedum eis que
sunt in nervis et tu considera sanos panniculos ex testimonio
panniculi autem sufferunt suturam et specialiter dissecatus per mus
culos quia panniculus non est tante sensibilitatis sicut corda et
sicut nervus et ideo ligamentum et quia non est tante sensibilitatis possunt
procedere suendo et in carnando Et in ligamento quod ad la
certum pervenit necesse est quod maior adhibeatur cautela quia
sunt multum sensibilia Et hoc est quod Galenus dicit Galenus de ingenio sanitatis
Set vero ligamentum panniculorum scilicet que coniunguntur cum la
certo molestum est et non est pro suspectione hoc ergo caute
et diligenter curetur

Prius consilium est quare vulnera in nervis sunt suspecta
et posita est divisio vulnerum restat modo ponere
modum curationis eorum Et primo pono virtutes harum medicinarum
convenientium Medicine ergo quorum dicit habere has proprietates quoniam
primo dicit esse calefacientes 2o dicit esse exsiccantes 3o
debent habere virtutem attractivam quarto non debet habere virtutem
stipticam que est virtus quia attractive virtuti Dico ergo quod medicina
debet esse calida et non intelligas quod ipsa debet esse nimis
calida quia valde calida mordicant que mordicatio est causa conductionis
humorum ad locum et ideo temperata calida debet esse quia mitigat
dolorem in trahendo minus de loco et ideo frigida non conveniunt
quia congelant magis in loco Dico 2o quod medicine debent esse ex
siccative quoniam ipse prohibent ne membrum putrefiat ideo
ne nervus putrefiat etiam est conveniens complexioni nervorum
eo quod nervi in genere membrorum sunt frigide sicce ut ponitur
ab auctoritate Et dico quod debent Et hoc ergo patet quod medicine debent
esse sicce. Dico 3o quod debent esse attractive quia prohi
bent alle nimis ne materia congreget in loco quod in nervo
Et medicina talis est substantie subtilis ideo bene penetrat in nervum
grosse substantie et ex hoc oz quod medicina sit simplicium primum
ideo citius a nervo melius trahit humiditatem non ergo in
telligas quod hoc medicina debet esse attractivum absolute sed
intellige hoc medicina nervorum debet esse attractiva a ner
vo et sic convenientia sunt Dixi quarto quod medicina nervorum
non debet esse stiptica quoniam hoc prohibet extractionem humiditatis
ad exteriora et causat eam in loco Et principaliter debet
cavere in principio propter hoc quod in principio maxime timemus congregationem
humiditatis in nervo propter humiditatem que existit in vulnere Notare
tamen debes quod si in hoc medicina esset aliqua stipticitas cum ex
tersione forsan illud medicina conveniens esset ut est scoria eris
et ponitur hic a Galeno de simplici medicina tunc tale medicina
est conveniens nam tunc talis stipticitas non est prohibens at
tractionem humiditatis ad exteriora et cum hoc aliquid videtur esse
conveniens in prohibere fluxum humorum ad locum.
Cura autem istorum convenit ad curam istorum vulnerum

tino et in unoquoque ponatur mastix et oleum in quo
bulit mastix et rose Avicenna oleum ro. in quo bulita sit
spica et rose sicce et mastix ¶ In statu dicit Avicenna
valet aliter et specialiter in apostematibus gingivarum calidis
et duris Et succus yreos foliorum olive et fex vini
et succus rute ¶ Dixit etiam Avicenna multi curant gingi-
vas sine tumores earum cum butiro et nos experimenta-
vimus cum ipse in gingivis stantium et liniunt eas
cum eo quando volumus quod dentes eorum nascantur cito et
sine dolore et confert eis et aliis apostematibus quod oris
In declinatione ista valet ¶ Kyrannus dicit quod teste
murium marinorum combuste solute cum melle curant
gingivarum et nascentias curat Serapio dicit mi-
tius curat gingivas sine tumore alumine lamentum
et apostematibus virulentis multum utile est ¶ Avicenna dicit
Colcatar multum valet in apostematibus gingivarum et con-
stringit eas Et valet hic illa que dicuntur inferius

in modo de dolore lingue et de apostematibus oris quare
ergo illa capitula alternatim videantur quando necesse est Et hoc
quod dicit Avicenna de zinar verum est si apostema sit calidum
et valde profundum Si autem apostema non sanetur isto ingre-
diatur cantio et melius est ut suatur oleum fervens cum
lana involuta in extremitate tente et totiens fiat
donec detumescat gingiva verba sunt Avicenne Si autem apostema
sit ex humiditate superflua facta purgatione corporis ut dicit
Avicenna ut in principio colluatur os cum oleis calidis et
cum melle et oleo et rob Deinde administrentur re-
solutiva fortia donec multotiens ut patet.

Aliquando accidit dolor in gingivis et non mirum
quia aliquando ad illum locum fluit a capite et aliquando
a stomacho per viam evaporationis Et aliquando vapores cor-
rupti transmittuntur et faciunt apostemata mala que apostemata
illic expertia aliquando sunt difficilis curationis quia et illic do-
lor aliquando accidit Et Serapio primo dicit tribulus cum
melle masticatus dolorem tollit super inbrect ¶ Constantinus
dicit dolorem tollit zuccarum ro. cum vino vel aceto
coctum si inde os lavet vel gargarizet ¶ Albis dicit
aluminis scissi iamenum valet dolorem virule et gin-
give et auris et pruritum testiculorum Avicenna dicit
cornu cervi vel capre adustum donec albescat ab-
stergit dentes fortiter et stringit gingivas et se-
dat dolorem gingive inflate Et dicit succus fructus
et foliorum rubi sanat dolorem gingive et specialiter recentis
Et alibi dicit Et oleum quidem arboris mastic ha-
bebit virtutem vehementem in sedando dolorem gingive
et specialiter recentis et sibilantis et propter eius iuvamentum in dis-
positione doloris

Capitulum de apostematibus lingue scilicet de apostemate
calido frigido duro ¶ Raro accidunt apostemata
calida lingue quia mollia sicut quandoque
dura Signa omnia istorum patent In cura apostematis cali-
di habes tres intentiones prima est in dieta 2a in evacuatione
antecedentis 3a in evacuatione cause coniuncte Prima ergo sit die-
ta subtilis 2a est evacuatio fiat ergo flebotomia in principio de
cephalica Deinde in augmento si fuerit expediens de lin-
gua Deinde fiat purgatio cum solutivo ¶ Avicenna dicit quod
in principio apostematis calidi si fiat gargarisma de aqua solatri
confert apostematibus lingue Et dicit quod si patiens tenuerit
sub lingua succum endivie aut lactuce aut succum solatri
lac acetosum et aqua ro. aut aqua in qua in qua sint cocte
ro. et succus virge pastoris omnia illa in principio valent.
Galienus in 2o terapeutice consuluit gargarizare succum endivie
et cum ipso solo curavit ipsum Mesue dicit quod si aqua ro.
et aqua plantaginis gargarizentur valet Item succus
coriandri valet in principio cum aceto Item sumach et
lentes cum modico camphore et aceto in decoctione ro. ut
Serapio dicit quod in augmento epatica valet cum melle et
prohibet fluxum humorum ad ipsum Item valet in apostemate
calido ¶ Item epatica cum aqua ro. gargarizata valet in
principio ¶ In statu procede cum scamabi et melle ro. et
aliquantulo sinapis Item dicit quod si sinapis teratur
et misceatur cum aqua et temperetur cum melle per dimidium
et fiat inde gargarisma confert apostematibus lingue
ex radicibus eius ¶ Fidelis dicit quod si lingua vel gut-
tur infletur et super induratur saphirus liberat eam
¶ Mesue dicit quod in fine proceditur cum decoctione ficuum
sale armoniaco aut baurach ¶ Avicenna si autem ad matu-
rationem devenerit fiat gargarisma cum decoctione
liquiritie et sint etiam decoctio ficuum fenugreci passularum et
feniculi Et subdit quod si apiatur administretur

Si apostema huius loci sit frigidum flegmaticum
et ut in pluribus sic est. Et causa apparet
manifeste. purgantur cum pillulis de petra de cochijs.
In principio dico quod valet decoctio spice et decoctio mas
ticis et absinthij et rosarum cum aceto vel aqua rosarum.
In augmento ego dico quod decoctio istarum rerum facta cum
vino valet. In statu dicit avicenna valet radix
feniculi combusta et administrentur ei. Et vasis con
sulunt quod lavet os cum aceto decoctionis 33 et piperis
ut materia resolvatur et desiccetur. Reuma est etiam bonum
et consideranda tamen ex te cum conveniunt istis temporibus

Si apostema huius loci fuerit durum quod sepe contingit
tunc oportebit ut subtilietur regimen et cibus
fiat bonus. Et subdit avicenna fiat etiam vel eiciatur hu
mor cum peris magnis predictis et administretur gar
garismata subtilia et teneatur in ore infusio seu
greci et decoctio eius cum ficubus et granis lauri cum pas
sis enucleatis et teneatur in ore lac muliebre et
aziminum et rapuntium et decoctio dattilorum et ficuum cum
vino dulci et vino de uvis passis.

Nunc de dolore lingue dicamus purgantes
pillula que valet in dolore gingivarum et
oris et uvule. Hic etiam valeat quare pau
ca dicemus. Et pro dolore lingue tollit decoctio petrasilo
ex radice eius quoniam fit cum eo collusio. Et mesue dicit
auctoritate hameth. Recipe sumach foliorum mirti foliorum ro
sarum ana. bulliat in aqua usque ad medietatem consumptionis
et ex hoc fiat gargarisma tribus vicibus in die. Deinde
hoc facto utatur hoc. Recipe spodij gallarum rosarum ana terantur
et utatur hoc namque valet dolori eius oris et radicum
lingue et tumori faucium et gingivarum. Ad idem
recipe anuli alius famen seis rosarum croci mirre ana
terantur et ex hoc pulvere parum misceatur cum aqua et melle
et fiat gargarisma et illud teneatur in ore hora una.

Ranula est apostema quod oritur sub lingua et est simile
glandule dure. Cuius color est similis colori corpo
ris et colore superficiei lingue et venarum que sunt in ca
Et dicunt aliqui quod quando lingua elevatur apparet alia
lingua. Et propter dolorem in loco accidit febris
et inflatio in gula et sequitur aliquando mors. Et hoc apostema est
simile rane ut dicit avicenna. Ideo ranula vocatur. Cuius
causa sunt humiditates fluentes ad illum locum. In cura
illa habes tres intentiones. Prima est in purgatione et
vita. Secunda est in medicinis localibus aptis illam ma
consumere. Tertia intentio est in operatione manuali. Prima in
tentio completur hoc modo. Primo fiat purgatio modo dicto in
aliis capitulis cum pillulis cochijs vel de petra et fiat
fleubotomia si est opus. Dieta sit sicca exclusive ne
ille materie multiplicentur et currant ad locum et in omnibus
honeste se habeat et consideret. Secunda intentio completur hoc
modo. In principio ranule et est utile si cum sale armoniaco
et galle fricetur. Et dicit guilelmus de varignana sanat eas
ranulam atramentum ustum et mixtum cum hermodactilis
applicetur quod expertum est. Et avicenna dicit recipiatur in
illa medicine corrosive maxime resolutive. et in quibus
est superflua exsiccatio sicut sal armoniacum et acetum
et sal. Et fricatio cum flore eris et dragaganto et sic
de similibus. Et dicit quod si fuerit origanum et cortex grana
torum et sal et fricetur cum eis lingua infantis pa
tientis ranulam sanat. Et dicit ex eis quod expertum
sunt mea sunt dragagantum adustum et hermodactili
contritum albumine ovi et positum sub lingua. Et
medicine eius quod dicuntur in alcola valet que fortes
sunt. Tertia intentio sic completur si per hunc modum domi
curari non potest erit expulsio ab operatione manu
ali. Et guilelmus de saliceto dicit incipias uncinum et ca
pias ranulam fortiter et in sorio incide eam qua remo
ta permittatur aliquid sanguinis exire. Quo facto ponatur
vitriolum cum quo sit atramentum vel alumine zucarinum
cum sale et dimittatur per aliquod tempus. Postea abluatur
locus cum vino et aceto mixtis et actu calidis. Hoc enim
exsiccat ranulam et removet. Post hoc abluatur locus
cum vino decoctionis mirre usque ad finem et ista est operatio
manualis. Et albucasis dicit quod oportet ut aperiatur os
infirmi coram sole et consideret ranulam. si est magna
que fusca et dura sine sensu et non tangatur tunc quia
est cancerosa. Si vero non fuerit talis sed alba et bene
tractabilis tunc capiatur cum uncino et scindatur cum spa
tumine subtili et liberetur ab omni parte et extrahatur.
Quod si superveniat sanguis abstergatur cum spongia et si
est necesse ponatur vitriolum. Et dimittatur operatio
donec sit restrictus. Et si operatio non sit sic completa
redeatur ad ipsam usque ad eius complementum. Deinde
colluatur per unum vel duos dies cum aceto et postea
cum vino decoctionis mirre colluatur donec fuerit sanata.

Amigdale sunt carnes dure nate in radice
lingue tendentes ad superiora ac si essent
due auricule parve et sunt carnose nervose sicut
due glandule. Istis quandoque accidit calor cum apos
temas causa. Item et talis quod prohibetur anhelitus. Et
quandoque mollificatur una et non apostematur et indi
get ea tunc quod constringit eam et exsiccat. Ista vbastet
principalis. Ego opinor quod pillula que valet apostematibus
uvule hic valeat quia simplicia illa alternatis videantur.
In cura illa habes solum duas intentiones. Prima in
purgatione. Secunda in localibus. Quantum ad primam de fleubo
tomia dico et de solutione ventris sicut et in aliis. Secunda intentio
sic completur in principio. Cum factum fuerit cum lacte gargar
isma confert apostematibus amigdalarum. Et quandoque ovum durum
deglutitum confert apostematibus amigdalarum. Et hoc dicunt quod con
fert ad apostemata calida ipsum infrigidat et repellit et meliorum
sine suspitione confortat. Et aqua solatri gargarizata con
fert. Et semen rosarum et folia eius utilia sunt in operatione fortis.
Dixerunt antiqui magistri quod tumori amigdalarum et tussi
et perforationi puerorum confert lumino paulatim cum
melle. Aut gargarisma fiat cum decoctione eius et valet
in cum frigida. Et ego dico quod valet eis in calida in statu
vel post statum. In augmento ex paritaria fiat gargarisma
et amigdalas ut dicit avicenna. Et dicit etiam tedria linitur
super guttur amigdalarum ambas et do carum. Et dicit
quod fabe misceantur cum melle et farina fenugreci confert
apostematibus gutturis et duarum amigdalarum et intellio in emplastro.
Cura declinationis dicit serapio quod fit emplastrum cum bul
bis assatis sub cinere calido mixta cum capitibus pisciculorum
parvorum qui dicuntur stringi resolvit apostemata. Etiam va
let de mente avicenne que sunt fortis resolutionis sicut succus
cucumeris agrestis ciminum centaurea et nitrum rubeum cum mel
le. Aut solum valet eis colatur et mel cum sale valet
si misceatur. Sed avicenna ad finem devenerit valet decoctio
ficuum et fenugreci et altee et sic de similibus si in
ore retineatur.

Ad fauces descendunt humiditates ab ipso ca
pite quod contingit illum locum apostemari
ut notum est. Signa apostematis apparebunt tibi ex dictis
in aliis capitulis et dicendis. In cura illa habes duas

q ranula

intenciones prima est in vita et purgatione 2a est in localibus
Quantum ad primam intencionem fiat flobotomia de manu con
sequenter de lingua si opus fuerit et consequenter fiat pur
gatio secundum necessitatem materie apostematis 2a intencio completur
hoc modo. In principio dicit aliquis quod ex succo coriandri
et aqua fiat gargarisma. Et dyas. dicit quod de succo nigri
solatri quod miro modo valet in tumoribus faucium. Serapio
dicit quod fit emplastrum cum psillio et aqua eius et aceto et aqua
frigida confert apostematibus faucium. In augmento dicit serapio confert
succus mororum quando miscetur parum mellis et est bonus ad prohi
bendum fluxum humorum ad membra et ulceribus serpentibus
et apostematibus calidis que fiunt in faucibus. Et bar. dixit
de granis stafisagrie cocta cum aceto reuma stringit
et tumorem frangit. In statu et declinatione illa va
let. Dias. dicit succus sinapis cum melle mixtus tumorem
faucium mitigat et secundum ipsum etiam confert linimento factum
cum litro dissoluto in aqua et melle. Et dicit etiam si fau
ces unxeris cum cedria tumorem tollit. Et Serapio
idem dicit. Et dixit etiam pix humida tumorem faucium sedat
Dixit etiam mel cum sale mixtum et linitum faucium sordes
sanat. Addiuntur etiam hic que dicentur in capitulo de apostematibus
oris et que dicta sunt in capitulo de apostematibus amigdalarum. Si vero
ad saniem deuenerint vide quod dictum est in aliis
capitulis et idem fac

Accidunt apostemata in uuula vel uua quod idem est
propter materiam descendentem per collatorium ad locum
illum quare illa causatur apostema quod aliquando est calidum
vel frigidum secundum descensum materie. In hac cura habes
duas intenciones prima est in purgatione 2a in localibus
prima intencio completur per hunc modum. primo fiat flebotomia
de manu 2o de lingua si opus fuerit 3o purgetur
caput secundum necessitatem humoris peccantis. 2a intencio completur
per hunc modum. In principio competit gargarismus factus ex de
coctione prunorum et ramorum eius. Et confert tumori uuu
le et coquantur folia eius in vino et fiat gargarisma et
abscindit fluxum humorum currentium ad uuulam. Et succus
prunorum agrestium quando maturantur et exsiccantur fiat
hoc. Similiter aceti minorat uuam et abscindit gar
garisma ex eo factum humorum adiuuatur et sanat uuulam
que occidit. Et ad idem valet lac. Et dicit quod de istis medi
cinis sunt alumen galle et balaustie et ambo granata
cocta usque ad dissolutionem. Et dicit sinapis addatur et bal
neetur vel liniatur locus ille cum succo acacie et hoc in principio.
Et gal. dicit in 7o cum oritur in extremitatibus foliis vel germinibus
recipitur aliqua stipticitas manifesta cum recipitur gargarizando
fuit sanatum flegmonum quod est secundum uuulam et parasamaz
et est locus in gutture qui est inter duas vias. In augmento
conueniunt illa si ex succo foliorum ebuli fiat gargarisma
cum eo confert squinantie et uuule in augmento. Et garga
rismus etiam factus cum aceto decoctionis lapacii et radicis eius
uuule tumorem compescit. Dy. dicit pix humida intus
tincta cum penna uuule sibi medetur. In statu et declinatione
Dy. dicit succus origani viridis gargarizatus tumorem
tollit et uuule et ulcera oris curat. Serapio dicit
quando fit gargarismus cum succo foliorum urtice curat apostemata
uuule facit quod facit pioria in epilia. et confert aspe
ritati gutturis antiquam et quando dissoluitur cum aqua et bibitur. Puluis
quod fuerit collata curat raucedinem vocis que fit subito
Et quando dissoluitur cum aqua et miscetur melli et linitur inde
apostema uuule intrinsecus resoluit ipsum. Auic. dicit alo
es est conueniens adustioni et inflationi facte in uuula
dicit etiam assa efficit emplastrum fenugreci in apostematibus. Et
dicit etiam capita piscium salitorum et siccatorum conferunt

uuule apostemose. Et dicit etiam cum flore eris tangitur
palatum cum melle propter apostemata gule et uuule. Dixit
etiam quando sal miscetur cum melle confert apostematibus uuule et
duarum amigdalarum et ad curandum humiditatem ad gingiuas
Et dicit bar. quod gargarizetur et dissoluetur magis. Et etiam
ex tribulis que faciunt sua proprietate in apostematibus proficiunt
omnium et vnee et duarum amigdalarum et omnium mem
brorum gutturis iuuamentum maximum est ut sumantur
fila et proprie tincta cum sanguine vipere et prefocatur cum
eis vipera deinde circuidetur eis collum eius quibus
aliquid horum apostematum id enim confert iuuamentum mirabi
le bonum. Fidelis dicit cinis indiarum areti uuulam
inflatam eleuat et exsiccat. Cum autem propter humiditatem
superfluam est uuula augmentata cum alumine dissoluto
in aqua fiat linitio. Si contingat illa apostemata non resolui
sed amplius tumescat et dolor multiplicatur. prouenien
dum est ad genendum maturationem sic apozima dattilorum
ficuum et uuarum passarum et radicis lilii. et rosarum. Et
quando premiscetur eis aliquid confortantibus ipsum membrum
ne cadat putrefactio in integrum et destruat ipsum
membrum. Vbi genera sicut est balaustia mirra cyprus
rosa et silia et quecumque horum videbitur magis oportere
ponatur. et postquam fuit maturatum apostema et mundificetur

Accidit dolor in uuula sicut in aliis locis et ali
quando accidit sine apostemate. Kyranus dicit hoc
apostemati pichi gestatum ad collum omnem dolorem dentium
aufert. squinantie et uuule. Et dicit etiam tota terrestris
testudo combusta et cum melle bibita dolorem uuule sanat
Fidelis dicit radix malue euulsa que postea non teti
git terram suspensa collo pacientis morbos uuule tollit.
Auic. dicit gumma arabica secundum omnem modum amis
sionis confert uuule dolori. Et gal. dicit gumma
alba eandem virtutem habet cum arabica. Ysaac dicit
succus mororum acerborum et maxime coctorum cum faba
et madiorum ad gutturis vel faucium dolorem multum
confert. Idem dicit de succo sumachie cum dolor est
a colera vel sanguine. Non dubito ego quin aliquis valet
dolori auris et gingiuarum et lingue valet etiam hic

Apostemata accidunt ori sicut et aliis
partibus eius et hoc potest esse propter materiam descen
dentem a capite ad locum illum. vel a membris descen
dentem propter fumos eleuatos a corpore qui ad os tranferuntur
et illuc congregantur et faciunt apostemata. Aut per viam pau
latine congestionis apostemata ista et alia fieri possunt
In cura ista habes duas intenciones prima est in curam antecedentis que
in purgatione. 2a consistit in localibus. prima intencio comple
nec plus nec minus sicut dictum est in capitulis in intentionibus suprascriptis
2a intencio completur cum localibus. In principio competit morea
acetosa. et prohibet apostemata oris et gutturis ut dicit
alchimisto. Dy. dicit rubus tumores oris compescit maxime
si cum aceto folia eius masticata fuerint confert etiam in principio
istis tumoribus folia alcanne masticata. In augmento
confert folium cipressi masticatum tumorem enim oris
compescit et etiam absinthium et rose masticate prohibet
materiam ad locum deuenire et exsiccat aliquiter. Lac
etiam confert floni oris sicut alibi scriptum est super etiam
Dy. dicit arofactiua folia prune constrictiue virtutis
sunt adhibita flonibus oris valet et si etiam cum vino
decoquuntur et fiat gargarisma ut. Confert etiam butirum
linitum sicut dictum in capitulo de apostemate gingiuarum. In
statu et declinatione dico ego ista valent. Et dicit serapio
Aloes confert apostematibus faucium et radice lingue et

gingivarum et aliarum putredinis. Constantinus dicit quod omnibus apostematibus oris et in qualibet parte sanat. Serapio dicit absinthium misceatur cum melle sale nitro et linitum cum eo paulatim et confert apostematibus oris.

Fistule fiunt in partibus oris et fiunt propter materiam in partibus stomachi et capitis. Et quando fiunt in febribus et quando apparent iste pustule nigre in morbis acutis et isti moriuntur in sequenti die. In cura illius habes duas intentiones. Prima est materiam antequam purgare. 2a est quietam removere. Prima intentio completur sicut dictum est nec plus nec minus sicut in apostematibus aliis partium oris. In vita bene se habeat secundum naturam nostram et honeste vivat. 2a intentio completur cum medicinis frigidis in principio acetosis et stipticis. Mesue dicit rob de ribes et rob de moris silvestribus valet. Dixit etiam aqua decoctionis mirti et sumach valet et lentes excorticate cum aceto et extremitates vitis et rubi valet. Item aqua granatorum acetosorum, spodium et galla et rose et acatia et coriandrum humidum viride. Avicenna dicit succus lactuce solatri virge pastoris portulace extremitates vitis. Et subdit et plurimorum quidam infantium sanantur cum zuccaro taberzeth et camphora. Serapio dicit lignum granati cum vino facta collusione oris valet. Rasis de alhabas dicit quod masticatur folia rubi stringit gingivam et sanat alcolam et similiter fructus eius maturus et est mora. Et ego dico quod succus uve acerbe confortat omnia membra oris et ipse non coagulatus vel alcole et coagulatus et dissolutus cum aliquo rob stiptico valet etiam alcole. Constantinus dicit acatia valet erisipile et igni sacro et pustulas oris curat. Et dicit etiam succus quercus nervice valet contra pustulas oris. In angelo valet illa que ex sit nunc dicit Avicenna: galle anthere tamarindi et duo sandali et dragantum lentes lutum armenum et cortices glandium et cimia. In statu et declinatione Albucasis: alumen de pluma et est idem quod alumen vel sassus quod misceatur et melle et aceto et teneatur in ore tenet dentes motos in ore ne cadant. Et valet pustulis et vesicis oris et palati. Et dicit quod tegula furni usta mixta cum aceto valet pustulis oris. Alhebas dicit folia nucis muscate posita pustulis que sunt in ore etiam si sunt ulcerate. Cum folium buglosse comburitur confert fluxibilibus dentium et gingivarum et alcole et ipse quam accidit in ore puerorum et omnibus caliditatibus que fiunt in ore. Et Avicenna dicit quod idem potest buglossa non combusta licet debilius sit et operetur debilius. Avicenna dicit celidoniam et corticem nucis muscate et cyperum et croci et mirram et cypressum et buglossam et piretrum gariofilatam mictasterum et gallam expedit que meretur. Et Serapio dicit omnes species galle conveniunt si humiditas esset nimis magna et nimis humectaret et calida esset superflua linitio facta cum sanich oredei mixta cum croco sale et melle valet. Et Avicenna dicit cum linio tangatur palatum et valet. Et si hec passio accidat pueris et credis quod sit lac tunc altera nutrix vel ad contrarium ut lac infrigidet.

Nunc sequitur sermo erit de dolore oris. Dicit folia olivastri dolori oris masticata competunt. Serapio dicit succus rubi maturi perfecta maturatione curat dolorem oris. Et dicit etiam collusio oris cum aceto calido idem valet. Apuleus dicit quod collusio facta cum aceto decoctionis stafisagre omnem dolorem oris putredinem que curat. Isaac dicit apozima radicis et seminis sparagi ore loto dolorem amputant. Albucasis dicit quod betonica valet dolori oris et squinantie. Istud etiam quod dictum est de dolore lingue supra auctoritate Mesue hoc etiam valet in dolore oris.

Apostemati colli sive gule sunt duplicia. Quedam sunt in membris extrinsecis continentibus et quedam in intrinsecis contentis. Prima assumunt nomen generis et vocantur simpliciter apostemata vel potius glandule et pustule que curantur ut alia. 2a vero habent nomen proprium que squinantia vocantur et proprium modum curandi habent. De squinantia primo dico quod est apostema gutturis et partium oris et viam aeris et cibi impediens. Cuius species secundum Galienum signantur 4or. Et secundum alios tres et hoc in libro de interioribus. Prima species est quando in lacertis ipsius membri est apostema et nunc non apparet sensui sed manifestatur per maiorem offensionem transglutitionis et. 2a species est quando apostema est in lacertis intrinsecis versus spondilas. Item quod apostema apparet solum intus versus fauces et amigdalas que operiunt linguam. 3a species est quando apparet tumor in musculis intrinsecis et extrinsecis. 4a species ponit Galienus in libro interiorum quam vocat sinanosam que fit propter dislocationem primi et 2i spondilis colli. Alii dicunt quod tres sunt species squinantie. Prima est que non apparet intus neque extra in gutture et est cum dolore maximo. Hec autem species in 2a vel 3a vel 4a die interficit. 2a species est quando apparet intus et non extra et illa est minus mortifera quam prima. 3a species est que apparet intus et extra et illa est diuturnior aliis. Et nota principaliter quod illud apostema ut plurimum est de materia sanguinea cuius signum est plenitudo venarum et rubor faciei et magnus pulsus. Aliquando potest causari a colera cuius signum est color citrinus faciei. Aliquando potest causari a fleumate cuius signum est albedo faciei et multitudo saliue. Et aliquando fit ex melancolia et raro cuius signum est fuscedo faciei et oris. Et alia signa sanguinis colere flegmatis et melancolie sunt supra posita que considera. Et tamen quare raro fit ex fleumate et melancolia quia isti humores non habent illam virtutem penetrativam quam habent sanguis et colera. Conveniunt autem omnes species in quadam difficultate operantur secundum transglutitionem et respirationem. Signa squinantie sunt ista. Isti cogunt stare erecte et linguam extrahere et potius sepissime ascendit ad nares. Et Avicenna dicit quod habent odorum cessionem et habent lingue difficultatem et habent locutionem cum naribus. Signa mala timorosa sunt defectus fortis et transglutiendi magna difficultas et extrahunt linguam et spumam emittunt sicut equi fatigati. Color est malus in lingua oculis et in labiis et etiam extremitatis frigiditas et sudorem frigidum habent et cordis defectus habent. Signa bona sunt sopnus quies transglutitionis alleviatio doloris anhelitus et transglutionis non difficultas et malorum signorum. Et nota ut dicunt squinantia potest terminari altero trium modorum. Primo per resolutionem insensibilem quia materia est pauca et subtilis. Aliquando fit flebotomia universalis et particularis et gargarismis curatur patiens a tali materia utrius resoluit quod remansit. 2o terminatur per conversionem eius in saniem sicut quando apostema maturatur et sic nunquam potest maturari seu terminari infra 4or dies et hoc quando materia est grossa et multa. 3o terminatur per transmutationem materie ad alium locum vel ad stomachum vel pulmonem. Et signum est nausea vomitus dolor stomachi. Si ad pectus signum est tussis tremor cordis quod materia ad cor fuit delegata. Unde in 4a afforismi dicit Ypocrates conversis squinantia ad pulmonem guttur

in septem diebus moriuntur. si vero hos effugiunt empi-
unt. Curatio istius apostematis consistit primo in victu 2° in
materia antequam. primo in quieta. 2° in actionibus ¶ Prima materia
completur per hunc modum. scilicet quod utatur eadem dieta superius in
aliis apostematibus secundum quod mesue vult sint contenti in principio
cum ydromelle et aqua zuccari ¶ Deinde procedat ad aquam
lentium excorticatarum et ordei extinguitur cum sirup
et acetositate. Deinde deveniendum est ad ius ciceris
cum aqua ordei farine. Deinde ad sorbitiones farine
fabarum et ex melle et colaturam furfuris cum melle
Post hoc veniat ad vitellos ovorum et silia et millo
repleat se. Et venter eorum semper sit laxus. Sompnus
eorum sit mensuratus. Nam in multitudine sompni tenet
subita suffocatio. quare caveat ut parum dormiat et sepe
excitetur ¶ 2a materia completur per evacuationem et divisionem
cum flobotomiis et medicinis solutivis secundum magis pecca-
te et cum clisteribus acutis et fortibus fricationibus factis
festinanter. Hoc est quod egritudo propter membri opportunitatem
non dat indutias. Fiat ergo fricatio et ligatio extremita-
tum. Et statim clistere. postea intromittendo fiat flobotomia
de saphena. Deinde eadem die vel 2a sub lingua
si virtus tolleraverit. et secundum mesue possumus facere de
brachio. Considera casus et videbis. Consequenter
de dyaprunis. dyacatholicon acuitur cum
succo rosarum ¶ Si autem colera est cum sanguine. primo
fiat purgatio colere deinde flobotomia. ¶ 3a materia completur cum
localibus. In principio convenit aqua ro. cum aceto et aqua infu-
sionis sumach. et aqua coriandri humidi et succi
Et ex eis est aqua granatorum acetosorum et dulcium
tritorum cum toto suo et succus solatri cum se ro. est
mirabilis et similiter succus citoniorum et sorbarum valet
Succus mori secundum Avicennam gargarizatus valet squinantie
Et Sapio dicit quod fit gargarismia cum aceto calido.
abscindit cursum superfluitatum venientium ad guttur
et confert squinantie et casui uvule ¶ Item valet hoc
Rx sirupi de papavere dyamoron ana ℥ I. aque
ro. ℥ II. misceantur et fiat gargarismus et actu
frigidum applicetur. In augmento convenit dyamoron
in quo virtus mori et nucis ponetur et cum predictis ad-
misceantur balaustie et galle et se ro. et albumen et
tunc convenit in augmento ¶ Mesue dicit agrestus
succus cum predictis liquoribus est iuvamentum sublime.
Ad idem valet succus sumach linitus circa locum quod ad
extra papit Avic. poni in oleo olive ¶ Et in augmento
ponatur cum oleo amigdalarum dulcium et oleo olive et
similibus aliis ¶ Cassia fistula dissoluta et gargariza-
ta cum aqua solatri vel coriandri. et mucillaginem psillii.
squinantie valet ¶ Alii dicunt absinthium gargarizatum
cum aceto valet squinantie. Decoctio ficuum cum cortice granati
valet et lac quod sumitur ex semine papaveris cum aqua ro. valet
Et ex eis est succus solatri expurgatus bibitus mane
et sero secundum mesue. [illegible] testarum ovi. Similiter valet
mucillago psillii cum coriandro et cum vino et me-
dio cum phoc. Et ista nunc dicuntur plus valere in principio
Ad idem liquiricie uvarum passarum mundatarum ab
arillis ana quarta I. caricarum pinguium ℥ III. semis
citoniorum. se. papaveris albi ana ℥ I. ordei munda-
ti quarta I. mellis ℥ II et fiat decoctio et clarificetur et
fiat gargarismia. In statu competit quod resolutiva sint
cum aliquantulum stipticitate et ideo valet mel ro. cum aqua solatri
Aut mel cum aqua endivie vel lactuce. Pulpa cassiefistule
cum melle gargarizata et cum rob mori valet. Et
lac ex eis confert. In hac hora lenit eum et dolorem
sedat et proprie lac caprinum et azine et proprie calidum. Et
quando administratur cum cassiafistula quod cum medulla eius con-
fert gargarizata et bibita. et proprie cum zuccaro et aceto
et mirra. Et proprie valet rob morarum cum eis. scilicet aceto
et mirra valet. Decoctio ficuum et dactilorum et
fenugreci et aceti cum eo quod est sicut mirra valet
Et similiter lac caprinum cum stercore canis albi Et melle
cum aqua mellis et modico synapi valet sirupus
acetosus cum radice rafani vel succo eius. ¶ Cura
declinationis est illa. Que conveniunt secundum mesue sunt
ista. scilicet lac mori. baurach. mirra crocus pirectrum
synapis assa fetida. rafanus stercoris canis albi
et proprie qui comedit ossa. Et stercus infantis qui
comedit lupinos. et stercus yrundinum combustarum et
silia. Et ex istis diversi doctores diversa dixerunt
Alii dicit sic. Radix rafani silvestris in aceto de-
cocta et gargarizata confert. quod aperit squinantiam. Dicitur
etiam synapis valet apostematibus et etiam inflationibus que fiunt
in gula et intelligitur quod ex ea trita et mixta cum
vino fiat gargarisma. Et dicit sal armoniacus
squinantie valet cum sufflatur deintus. Item dicit quod si
porcelliones cum melle et pane ponantur in ore
Et bar. dicit quod illi vermes. prius pulverizari et
gargarizari et conferunt ¶ Ry dicit radix rafani
in aceto et melle cocta si gargarizetur. squinanticos
curat et elixa cum melle idem facit. Et multi
veterum dixerunt. quod squinantiam resolvit semen
rafani. et cortex et folia quando contunduntur aut
ex eo talo fiat gargarisma ¶ Et dicit idem
Ry. piper squinanticum confert maxime melle inmixtum
seu inmissus ¶ Et bar. dicit quod mel sit dispumatum
et gargarizatur quod resolvit magis. Et ego dico quod
gargarismus factus cum melle et oleo primo et
maxime factum cum speciebus valet exigue. Dixit etiam quod
sal cum melle valet squinantie. Sapio dicit quando ysopus
sicca fuerit cum decoctione ficuum est bonum squinantie.
Et dias. dixit quod de solo ysopo gargarizato dixit
etiam Sapio. quando ficus coquitur cum aqua et melle
et fit cum decoctione ¶ Istud gargarisma confert apostematibus
gutturis et amigdalarum et squinantie et utilis me-
dicina valde ¶ Dicit etiam quod quando fit linimentum cum
pice liquida et melle confert apostematibus nervorum et
apostematibus que fiunt in canna pulmonis et meri
Et bar. dicit. quod conferunt omnibus similibus apostematibus. Item li-
nitum et extra applicatum. Dixit bdellium solvit
apostemata que sunt facta in canna pulmonis dissolutum
cum saliva hominis ieiuni mirifice dissolvit. Et
Avicenna dicit quod liniatur palatum. Et dicit etiam
Sapio. fel testudinis confert (etiam porcelliones
cum melle triti. et leniti conferunt squinantie ¶ Ry-
ran. nidi yrundinum cum aqua soluta et colata et
emplastrata collo et faucibus tuberose et squinantiam
perfecte curant. Et bar. dicit quod potest dissolvi cum oleo
ro. Et Avicenna dicit cinis yrundinum si cum ipsa
tangatur palatum confert. Et Sapio hoc dicit. Et
Gal. in xi° dicit. Multi faciunt cineres ex pullis
avium combustis et miscent cinerem illum cum melle
et liniunt squinantiam. Et dicit Gal. et Sapio quando
solvitur. et fit inde pulvis et accipitur ex eo ʒ I.
Et Avicenna dicit aur. I. et in potu detur cum aqua
confert squinantie et apostemati gutturis et uvule. Et similiter
faciunt pullorum yrundinis quando additur. Etiam in hoc
casu valet hoc quod est Rx cineris yrundinum

croci nardi vitree an ℥ j. confice cum melle et fiat
gargarismum. Et Gal' hoc sensit quod valet squinantie et apostemati
gutturis et uvule. Et Gal' dicit et Sapio dicit
quod quoque stercus infantis sumatur qui per tres dies
pane mediocriter salito comedet et fermentato et
lupinos dulcoratos. et carnes gallinarum et anatum
et vinum vetus bibit. Et omnibus istis inmoderata quantitate
sit usus. ita quod bene digerantur secundum Gal' in 2°. exsic-
cetur istud stercus et misceatur cum melle silvestri secundum
Gal'. et linatur cum eo guttur et palatum. aut
solum cum digito apprimet palato ut dicit Avic.
Aut detur in potu secundum Sapionem confert squinantie
magno et mirabili modo. Ita quod a gloria excusat
ut dicunt. Et Dyas. dicit absolute de stercore huma-
no cum melle mixto et hoc expertum est et verissimum
de stercore infantis cum melle permixto. Et tamen
dicit quod hoc stercus si sit tritum et cribellatum et ama-
sassatum cum melle et impositum in gula. Et similiter valet
ut dicit Guill' de Varig. si in gula insuffletur. Idem
etiam operatur stercus canis applicatum palato dicto canis
comedentis ossa. Et Gal' tamen in x. dicit quod debet
misceri cum aliis medicinis et dicit quod debet habere
quod plurima experimenta. Et tamen dicit quod illud stercus
sit siccum et collectum de mense Julii et misceatur
illud etiam cum decoctione gallarum. et cum vino granatorum
Et Sapio dicit illud colligatur. quando canicula as-
cendit. Avic. dicit quod hoc stercus ponatur ad pa-
latum. cum digito ad squinantiam. Albucasis dicit quod
confert squinantie que est ex humiditate. si teratur
diligenter et insuffletur gutturi. sicut cataplas-
ma cum melle deforis. Tyrannus dicit quod cum
melle inunctum gutturi et corpori squinantos perfecte
curat. Fidel' dicit quod hoc stercus canis misceatur
cum stercore hominis cum melle felle tauri et emplastretur
multum valet. Et Betho. dicit quod solum mixtum cum melle
valet non solum in squinantia sed etiam in aliis apostematibus propter
sui exsiccationem. Et Avic. dicit mirabile valde auxi-
lium. et est quod accipiantur fila plurima tincta ex sanguine
muris. et cum eis vipera strangulet. et postea vi-
minibus involvatur. in circuitu patientis fiet per
ipsum iuvamentum maximum et mirabile. Et Guill'
de Varig. dicit hoc valere. Rx cassiefistule dissolutam in
succo coriandri viridi et totum hoc dissolvatur cum
mucillagine psillii. et fiat gargarisma. Emplastrum
quod debet applicari extra gulam. Rx mellis stercoris
canis comedentis ossa. cimeros. omnium an cocleare
unum. sal modicum et fiat emplastrum. Aliud et est
emplastrum. Rx. merdasengi ℥ j. ponatur super
ipsum ex oleo sisamino et oleo viol. quousque coa-
guletur. postea Rx mucillaginis seminis altee seminis al-
nuti. ℥ v. ova tria. gummi amigdalarum ℥ j ß. infundantur
in aqua coriandri die ac nocte et ponatur radicum
et melliloti an ℥ ij. violarum siccarum. farine ordei an
℥ iij. agitentur omnia et permaneant percussione donec
fiat corpus unum. et ex hoc fiat emplastrum. Si accidat
modo quod materia non resolvatur sed ad saniem deveniat tunc
illa que dicentur de mente auctorum valet. Mesue
dicit Rx. farine ordei seminis lini. an ℥ j. dactilorum
ficuum siccarum pinguium. an ℥ j ß. nucis panis
quarta ß. coquatur omnia in rob. et pistentur et fiat em-
plastrum et impinguetur cum modico butiri. hoc est
bonum. Rogerius dicit. Rx nardi benedicti absin-
thii an ℥ j. farine ordei seminis lini. an quarta ß.
mellis ℥ ij. assunge porci quarta j. coquatur et pistetur
et fiat emplastrum. Lanfrancus dicit. Rx radicem viri-
dem et fac bulire illum in aqua diu et postea cum cri-
bra colla et in colatura coquatur radix lilii malva-
visci et bonie et folia malvarum viol' paritarie. Et
pistentur fortiter et incorporentur cum eis fermentum
bonum. ac farina seminis lini. an quod sufficiat bulliant
et in fine addatur oleum vetus assunge sine sale mo-
dicum et fiat emplastrum miraculose. solvit et maturat
omnem squinantiam. Et subdit quod cum istis semper fit gar-
garisma cum aqua et vino decocto et melle decoctionis
radicis altee ficuum. seminis lini fenugreci et similium.
Et Guill' de Saliceto. dicit Rx malvavisci mundati
cocti et incisi frustratim. lb j. farine fenugreci seminis
lini. an ℥ j. vitellorum ovorum coctorum sub panniis
cum cortice numero v. butiri ℥ iiij. incorporentur simul
et fiat emplastrum hoc valet ad extra antequam ad ruptura veniat.
Hoc toto completo et maturato aperiatur cum sagittella
et mundificetur cum mundificativo de apio dicto in primo hoc
Si autem non apparens rumpatur cum unguibus vel
fricando si est possibile. aut etiam cum gargarismis ma-
turativis et aptius vero est decoctio ficuum et dactilorum
fenugreci addendo fimetum feniculi. Et secundum
Ameth Bautach in experimentis stercus perdicum et lupini
et semen sinapi. Et Roges dicit fiat frustum carni-
um bovinarum semicoctum et liget cum filo firmo et
longo et faciat quod transglutiat et cum erit in transglutien-
do trahe filum et tunc rumpetur cum violentia. Illud idem
dico ego quod potest fieri cum spongia apto apostema mundificet
cum gargarizatione et fiat cum melle vino et aliis similibus

In hoc loco quandoque cadit dolor qui aliquando fit
ex apostemate et aliquando sine apostemate illa valet. Et
primo si dolor sit fortis fiat gargarisma cum lacte
tepido et id est laudatum apud omnes. Ad idem valet
syrupus viol' papaveris et mucillago seminis lini psil-
lii et seminis citoniorum dissolutum cum aqua stipticum et ros
plantaginis et solani. Et Halabas laudabat ad
hoc solatrum et cassiamfistulam cum aqua hordei dissolutam. Si
autem esset tanta strictura quod non posset loqui sine
transglutire ut melius loquatur ponatur ventose circa col-
lum et canales amplientur. Et quandoque dicit Avic. intro-
mittatur cannula facta de auro et argento et similibus
adiuvando ad inspirationem et quod confert in distilla-
tione deglutitionis et anhelitus compressio spatularum et fo-
tus. Et in ante non separat de evasione dicit quod aperiatur
canna pulmonis super epiglotum inter duos anulos
taliter quod possit anhelare et dimittatur sic per tres dies
et non ultra donec transiverit consuetudinis malitia et
postea suatur et incarnetur. Et hoc etiam videtur velle Albu-
casis. Et Avenzoar oportet quod ista prodictam in una expira-
probavit. Si autem in loco non sit apostema illa valet
in dolorem gule. Isaac dicit de succo mororum acer-
borum et maxime cocto cum sabba et modico zuccaro quod ad
gutturis vel faucium vel uvule dolorem multum valet
Ad idem dicit de succo spinachiorum. cum dolor adest
a colera vel a sanguine. Et Avic. dicit succum tamari-
ndi est conferens ad dolorem gutturis. Alkindi dicit cube-
bas sunt bone dolori gule. Sapio dicit piperella est
conferens dolori gutturis. Avic. dicit bdellium est
conferens canne pulmonis et apostematibus eius et tussi antique
et dolori lateris. Dicit iterum Sapio mumia
confert dolori gutturis cum decoquitur in aqua decoctionis
saturegie. Et Avic. dicit quod dissolvitur cum rob de mo-

vis. a' cum decoctione lenticule. Et kyranni' dicit quod
rostrum pice gestatum ad collum omnem dolorem dentium
squinantie et uvule aufert

Cura squinantie frigide complet cum quatuor intentioni/
bus modo dicto in capitulo de squinantia calida pro
prie. 2a intentio complet per huius modum fiat purgacio
de pillulis de yera de cochiis. et tua semper intersit
mensurare medicinam ut in omnibus. 3a intentio complet
per huius modum. fiat gargarisma cum aceto et aqua ro.
et decoctionis morsus dyaboli. et est herba multum valens
Deinde in augmento cum rob nucum et dyamoron confor/
tatum cum eo quod est sicut galla et allumen et acacia et
similia cum oximelle. Demum in statu ascende sicut ad
dyacinamomum spicam et piretrum et assam et illa pone
misceri cum dyamoron et gargarizare. Pulveris genes/
tre cum melle ro. mixto cum aqua decoctionis eius. feni et dau/
ci et dosis sit ab ʒ i. usque ad ʒ i s. Verum dyascorides
contusa virga genestre et extracta ʒ i. bibita. Sq/
Confert et radix rafani silvestris
natiuus mediante. Confert et radix rafani silvestris
cocta cum melle et superponatur. Cum ultra dicta sunt superius
in alio capitulo quod huic pone replicari et vide. Si videris materiam
induratam tunc mollificetur cum dyaglon dissoluto cum pin/
guedine galline. sicut cum alio dicto de scrofulis. Si autem
ad saniem deveniat ponatur olea ad exitum et alia necessaria
Unguentum maturativum Rx unguenti dialtee. qr. s. mu/
cillaginis fenugreci seminis lini. ʒ ii. medulle cassie fistule
cum oleo amigdalarum dulcium. ʒ ii. et Rx
micarum cum. ... Emplastrum et alia maturativa pone
emplastrum et ponatur super locum et alia maturativa pone
apponi. et in propria parte vide in primo libro in capitulo de medicinis
maturativis et alibi etiam. Deinde si opus fuerit aperiatur
locus et mundificetur et consolidetur modo convenienti

Botium est apostema sive excrescentia in gula ex
materia humectante in magnam malam guisam. Albucasis
dicit quod botium est duplex. quoddam naturale et quoddam non naturale
Naturale non recipit curam. Item botium non naturale est duplex
quoddam est quod est intrinsecum. et quoddam quod non est intrinsecum
in venis et arteriis. Dico modo quod botium quod non est
intrinsecum in venis et arteriis et est non naturale re/
cipit curam. Dico etiam quod botium magnum quod occupat
magnas partes et amplas est dimittendum. Arnol/
de villa nova dicit botium quomodocumque extirpetur est
verendum quod cum incisione et corrosione fit. Vertum
passio a multis vocatur regionalis et hereditaria. In
cura illa habes tres intentiones. prima est in vita 2a in
materia antecedente 3a in coniuncta. Prima intentio complet hoc modo
Istis subtrahetur regimen et abstineat se ab aqua et ab omnibus
cibis indigestibilibus frigidis. Et sit panis eorum bene
coctus et fermentatus. Caro eorum sit edina agnina vitulina
cocta et fermentatum. Caro eorum sit edina agnina vitulina
et vinum eorum sit clarum in substantia et aromaticum
in odore. 2a intentio complet cum solutivis et aliis. Utatur
turbit preparato cum ʒʒ. modo dicto in scrofulis eo quod e/
ducit fleuma grossum a gula. 3a intentio complet
duobus modis. Uno per incisionem. alio per resolventes
Per incisionem curatur iste. ut dicit rogerius fiant
due sectiones cum ferro calido una fiat secundum longum alia
fiat secundum transversum. Et omni die extrahatur aliquid ad ex/
teriora donec penitus totum et materia sit consumpta. Si tamen
aliquid remanserit cum pulvere affodillorum removeatur
vel cum aliquo simili post incarnetur. Et nota quod est supradictum
ut tu accedas ad eum qui intrinsecatum est cum ferro
ne nervi vel arterie vel vene incidantur quare
in istis fiat ut dictum est et dimittantur. Si autem
non sit intrinsecatum et liber sit a venis et arteriis

scindatur cutis et discarnetur. et ipsum cum suo folliculo
tollatur et extrahatur et curetur. Et si aliquid de folliculo
remanserit vel cum putrefactivis modo dictis in nodis remo/
veatur et curetur. Postea autem si tibi videtur removeatur
cum corrosivis caute tamen ut dictum est in capitulo de scrofulis
et illo modo extirpetur. 2o modo complet 3a intentio cum reso/
lutivis. Et doctores diversi diversa dicunt. In hoc huius pervisi/
siones multas et effectus paucos. Rogerius dixit et
ordinavit electuarium tale Rx radicis viticelle cucurbite
agrestis calamenti pulipodii brusci spargi aristologie ro.
radicis acori radicis pareri radicis tapsi barbassi spon/
gie marine pallie marine ana p. i. adusta spongia
et palla reliqua pulverizentur et conficiantur ad modum electuarii
cum melle de quo prepit aliquantulum pone sub lingua
cum vadit dormitum. De mane autem detur pars potionis
facte cum vino decoctionis radicis mellisoli et tapsi bar/
bassi pulipodii betonice brance ursine et in talibus
dant per x vel per xii dies vel plus ut sibi libet et ut
etiam videbit exponere et iubet cum predictis lac porce post
mos fetus lactantis recipe et expertum est. Et hoc dimi/
ttum est et in hoc multum valet purgacio per vomitum. Emplastrum
ad hoc Rx radicis rafani cucurbite agrestis lapatii
stafisagrie coquatur et super locum ponatur. Alia emplastra
resolutiva et maturativa que est superius in propriis capitulis
Dominus fecit pulverem de spongia combusta ossis sepie
salis gemme et radicis celidonie. piperis calamenti ʒʒ
bedeguar nucis cipressi pallie marine. ana et isti
pulveres teneantur sub lingua cum vadit dormitum
cum vel modico aceti vel aqua vel siccis sine liquore et hoc
sunt experimentis et verum est. sed multum extenuat hominem

Gudusatur aliquando apostema sive inflacio in tota
facie cuius nomen est burtiga. Et secundum vulgus
res gutta rosacea. Et aliqui vocant guttam rubeam
Est tamen differentia inter guttam roseam et guttam rubeam
ut patet et patebit inferius cum loquar de decoratione. Et
differentia est illa quod gutta rubea est apostema et tumor magnus
in facie vel in parte eius. Et gutta rosea non est apostema
sed quidam rubor superficialis plerumque sepe. Et ut in pluribus
hec egritudo fit a materia venenosa et calida a qua elevantur
fumi et veniunt ad faciem et inflant eam et causant
in mulieribus sepe ex retentione menstruorum. Et signum
quod materia est venenosa est quod sepe cadunt pili superciliorum
et barbe et excoriatur facies in decimatione. Et
aliquando non est ita venenosa et tunc non cadunt capilli
Et aliquando et cutis semper excoriantur et cadunt de facie
furfures. Signa huius sunt quod cum hec passio incipit
accidunt pruritus in facie. et in loco in quo incipit causatur
eminentia et postea multiplicantur et sic fit una inflacio
universalis de tota facie et inflamantur ita oculi quod quis vi/
dere non potest et multiplicatur in tota facie rubedo et
pruritus et febris accidit sepe. et hoc si materia sit cali/
da. Si autem materia sit flegmatica quod esse a materia flegmatica posset fieri
et sepe vidi non apparebit signa dicta quia nec rubedo
nec pruritus apparebunt sed sola inflacio. Et cum fiat impres/
sio cum digito remanebit vestigium ut in ydropisi fit
Et aliquando materia est mixta et considera mixta signa eius
Cura huius consistit in tribus intentionibus. Prima consistit in
vita 2a in materia antecedente 3a in coniuncta. Prima intentio sic
complet. Utatur mica panis lota in sucro ... et
farre et comedat lactucam et portulacam cum forti a/
ceto et cucurbitam cum agresta bibat vinum de granatis
vel aqua cum mica panis usque ad finem. Postea pau/
latim recedat ad naturam suam et bibat vinum liphanum

et pullos comedat si fuit necesse cum et portulacam et
lactucam. Secunda intentio completur flobotomia si etas consenserit
ut sepe presuppono vel cum ventosis in spatulis scarifi-
catis et fiat purgatio cum pillulis de fumo terre et quando
omni mane utatur aqua casei repre. quam ad materiam acutam
valet. Item sirupus de nenufare cum aqua eius vel etiam
fiat eius clistere cum decoctione cum in quo dissolvatur sene epi-
thimi ana ℥ i. et tamarindi mell. ana ℥ ii. Tertia intentio
completur in localibus epithimetur quo locus cum succo solatri
et oleo rosarum et aceto mixtis et perdat usque ad finem
Lavetur facies cum aqua decoctionis rosarum et camomille. Item valet
oleum violarum cum succo lactuce. Et dico et unum valet est oleum
de papavere cum succo endivie. Dico etiam quod valet oleum
de nenufare cum succo arnoglosse et super parum aceti ponatur
Dico etiam quod succus citrulli valet cum oleo rosarum vel cum oleis pre-
dictis et parum cere in forma unguenti et hoc expertum sumus. Item
unguentum rosarum et populeon valet et tu ex te considera alias
compositiones et ex te facias ut tibi videtur. Contingit etiam
aliquando quod fumi qui elevantur a materia flegmatica quare apostema
erit flegmaticus et facies non erit rubea. Dico tunc quod pillule
cochie vel de yera multum valet. Et tamen ad alia
curentur ut cancer. Et dicta in talibus sit tendens ad
caliditatem et similiter res locales. Et curam cancri domi-
nis phisicis dimitto et ad capitulum prius recurre. Etiam
dico ego quod potest curari ut undimia quere vide hoc in primo
libro capitulo proprio. Apostemata autem faciei famosa curantur
sicut apostemata dorsi et nihil habent proprium quare de hiis ni-
hil loquar

Apostemata dorsi in causis signis et curis
cum aliis apostematibus conveniunt. Unum tamen nota quod illa
periculosa sunt propter propinquitatem spine seu nuce
que est vicina cerebri et ab eo oritur ipsa. Unde silentur
in virtute et vivo unum propter hoc dicitur nisi de utilitate
particularum. Et apostemata nuce sunt similia sinthomatibus cerebri
et ex hoc potest intelligi quod in talibus est malum repercutere
sed sola repercussiva domestica debet apponi. Signa
calidi sunt rubor inflatio loci et dolor vehemens et acui-
tas figure et eminentia satis magna et febris aliquando
in generatione sanici et sic totum declaratur in excursis
Cura huius consistit tribus primo in regimine. 2° in cura
antecedentis. 3° in cura coniuncta. Regimen eius per complemento
prime intentionis sit sicut dictum est in tractatu de squinantia
Secunda intentio completur isto modo fiat flebotomia si opus fuerit
iubens ordeaceam farinam permiscens stercori et mira
bilis est adiutus homo Et subdit Erat autem rusticus
ille in quo feci hoc Et dicit etiam quod omnibus consimilibus
partibus et consimilibus tumoribus usus est eo. et similiter multi
pluries profuit ¶ Serapio dicit quod stercus caprinum est in
durum resolutivum confert apostematibus fraudulentis sicut sunt
apostemata genuum et dolorem juncturarum et scias quando miscetur
cum farina ordei et cum aceto et conficiatur et ponitur
super locum maxime in corporibus duris et solidis sicut sunt
corpora rusticorum Et galienus in 9° de lapide gargate dixit
fuit autem usus ipsis cronicis inflationis difficile sa
nabilibus quae in genu oriuntur Solvit etiam tumores ge
nuum et omnes tumores alios difficile solubiles hoc
emplastrum ¶ Rx. lapidis gargatis. partem j. marcasite partes
ij. stercoris columbini et caprini ana. partes iij. omnia mis
ceantur cum pinguedine porci antiqua et modico olei

ro. et aceti et fiat emplastrum. pillule septem in capitulo de
dolore dorsi hic valent quare vide ibi

Scribam consequenter aliqua in hoc capitulo quae in
dolore juncturarum calido valent in ultimo ¶ Dyasco
rides blete potatus valet artetice et doloribus junctu
rarum Et dicit etiam dolorem vehementem juncturarum
et etiam omnem dolorem sedant folia mandragore ¶ Cortex
radicis ipsius quando teritur fortiter et supponitur et cum
polenta est mirabile in hoc casu solum sed etiam intensum
dolorem factum in brachio per vulnus cubiti et tumorem
Et dicit etiam folia papaveris decocto et cum ros. trita
morbis articularibus liniuntur ¶ Et mesue dicit quod
oleum quod fit de floribus et summitatibus. et foliis pa
paveris sedat dolorem calidum et sompnum facit Et
albucasis dicit quando miscetur radix mandragore cum farina
ordei dolorem artetice mitigat. et quando teritur cum aceto
et supponitur ¶ Cyragram curat et hoc sum expertus Con
fert etiam mixta et farina ordei et aceto similiter Et similiter cum
alfita frumenti tollit hoc mirabiliter. scilicet dolorem igneum
qui quandoque apparet in membris Et idem albucasis absolute sic
dicit. de semine papaveris nigri et si teritur ex eo ca
taplasmetur languida membra sedatur eorum dolor
Et avicenna dicit jusquiamus sedat sua stupefactione dolorem
pulsationis Dixit etiam albucasis. sandalus rubeus conficitur
cum succo umbilicus veneris vel semper vive vel portulace
vel lenticule artetice calide et apostematibus calidis valet et
prohibet ne humores fluant ad locum Et dicit etiam
digito manus in anulo valet dolori manuum et artetice
Et dicit etiam avicenna panterum. quod etiam hoc facit in manu
retenta Et etiam hoc dicit rahebas. et secundum rahebatem
spasmum ipsorum mitigat ¶ Avicenna dicit folia platani
doloribus juncturarum sunt utilia et apostematibus calidis in etiam
et proprie geniculorum et secundum ipsum est planta frigida et sicca
Et dicitur muscus ponitur super podagram et dolorem
juncturarum calidum valet ¶ Folia etiam semper vive contusa
et apposita in principio artetice calide proprie optimum sunt reme
dium In frigida artetica ponatur cum sepo caprino ¶ Albucasis
dicit quod etiam conferunt mixta cum farina ordei et
confert cyragre ¶ Et idem potest umbilicus veneris. quod secundum ipsum
est semper viva minor ¶ Serapio dicit quando fit em
plastrum cum psillio et oleo ro. et aceto et aqua confert
dolori juncturarum Et avicenna vult quod psillium sit
frigidum et confert omnibus doloribus calidis ¶ Mesue
dicit quod oleum de ranis confert dolori artetico et
podagro calido solum Et oleum mirtinum super in
unctum confert artetice ¶ Embrocatio etiam cum jure
piriarum ranarum decollatarum et eius remittarum (?) mulierum
sedat dolorem arteticum quod sepe sum expertus ¶ De
embrocatione et oleo earum Et galienus laudavit in
principio dolorem juncturarum cuiuscumque sit locus ¶ Inunc
tionem factam cum aliquo oleorum infrigidatorum confricatorum
usque ad spissitudinem in mortario plumbeo sicut est
oleum mirtinum vel ros. vel citoniorum vel consimile
Et ego dico quod solum in illa causa calida confert amplius
illud licet illud sepe fuerim expertus in cancro vel
cerato vel in aliis apostematibus frigidis et mollibus et bene
successit mihi ut viderunt aliqui socii ¶ Ad pre
iusionem igitur in causa frigida Rx. aloes succotrini tertiam
partem ℥. turbit. ℥ tertiam partem ℥. et sextam partem altius

esule duas ptes ʒ. mastices sexta p ʒ. ℞ ʒ. xij.
pte ʒ. mirabol' kebulorum ʒ. j. scamonee ʒ. s.
fiant pille cum succo citoniorum ¶ Ad pulsiones
in eam calidam sunt hec pille ℞ aloes sucotrini ʒ. ui
mirabol' citrinorum ʒ. iij. informent' pille
cum succo solat' dos est a ʒ. j. usque ad ij. ʒ.

Dixitat gn̄s sermo de dolore juncturarum frio
et in ultimo de eis loqui. licet quod dem sit et dicitur
aliquem valeret que ampla adiuvare requirunt. preser-
vat a dolore. et dolorem removet infusio genestri
in potu data. nam magis removet seu evacuat. que
in juncturis tenet. et eam que est in venis ¶ preser-
vat etiam ab illo dolore omnia provocativa urinam
et plus illa que fortiter provocant et magis adhuc
quae trumbos et grossos humores per urinam edu-
cunt. Et preservatur ab eisdem radix meu genesta
et similiter eius emplastratio facta extius. bibita etiam
provocat et applicata extius exsiccat juncturas
Serapio dicit quod qui radix meu teritur et miscetur
cum melle et conficitur inde looc confert dolori jun-
cturarum Et ego dico quod omnia diuretica valent ut dixi
tamen Et regimen attenuans dicte ab egritudine
juncturarum preservat Et dicit qui fit emplastrum cum
mellissa prodest Et idem albucasis. et dicit quod radix
narcisi admiscetur trita cum melle. et fit inde
emplastrum confert dolori nervorum pedum et tortioni
et dolori juncturarum Dixit etiam urina asinina est
conferens est conferens qui miscetur cum medicinis
ad dolorem juncturarum ¶ Dixit etiam qui fit suffimi-
gium cum castoreo et sumetur in potu et fiat in vino
confert tremori et thetano et dolori nervorum et
juncturarum Et halichabas dixit absolute de ranis
Et avicenna dixit de rana rapte domestice ¶ Voluit
etiam quod qui limacie cum cortice suo teruntur et ponunt
super capita juncturarum et dimittantur donec per se ca-
dat exsiccant exsiccatione forti. et conferunt Et bar-
dixit. qui cum farina or. vel polenta ponantur et va-
lent hec in causa sciatica et subitum. nam subito con-
sumit materiam. et aufert dolorem ¶ Dixit dyas. obulus
unus agarici bibitus dolorem juncturarum tollet. Dixit
etiam. Ad diversos dolores mitigandos et tenuiandos desic-
candum in quolibet loco datum cum oleo de radice
cucumeris asinini fiat inunctio Et subdit quod est sa-
lubre omnibus doloribus frigidis Et idem dixerunt de o-
leo laureola. et est oleum de mezereon omnia illa
valent et similiter oleum de ben. Rogerius dixit. ad omnes
dolores artheticos frigidos. oleum de eodem super omnia va-
lens at doctrina ab eo quaeratur ¶ Mesue dicit
oleum de cerusis et oleum de piperibus ad dolorem jun-
cturarum valet et colice Et dixit etiam oleum de eufor
est solempnis medicina ad dol' frigidos Et oleum de syna-
pi confert doloribus istis Et doctrina omnium istorum
oleorum quaeratur a mesue ¶ Similiter etiam quod oleum de sese-
lini est egritudinibus ani. medicina magna et
dolori pulsatiuo ¶ Et gal'. dicit in septimo de simplici
medicina quod oleum decoctionis cela'. est in dolore jun-
cturarum validum remedium Dixit gn̄s dyas. folia
iusquiami contusa et imposita articulorum dolorem tol-
lunt ¶ Et avicenna dixit semen iusquiami est valde bonum
in dolore juncturarum et expellit pulsationem que est in eis
Et dicit etiam bulbi campestri dolori juncturarum et poda-
gre maxime prestat essum Et bulbus vomitivus repe. ba-
nosium ¶ Mesue dicit euforbium bibitum secundum modum
emendationis eius est medicina magna dol'. qui vadunt et
veniunt per juncturas Et avicenna dixit quod misceantur
cum potionibus factis cum speciebus. que sunt sicut piper et nardus
et similia et conferunt sciatice Dixit etiam squilla secundum
quem modum administrationis confert juvamento magno
egritudinibus juncturarum. et yctericie et dolori renum
et vesice confert etiam sciatice et arteticis bibitum propter
quod fleuma plurimum purgat et deponit ¶ Omnes
doctores conveniunt quod in dolore juncturarum hermodactili
a proprietate conveniunt et conferunt. et propter in horis fluxum
ut dixit avicenna Dixit etiam albucasis. quod si fiat emplastrum ex eis
viridibus conferens arteticam mitigat dolorem subito et
si sepe utatur indurat illa capita Dixit etiam quod testi-
culi vulpis habent eandem virtutem Et dicit quod etiam
armoniacum facit mitigare dolorem et facit dormi-
re Et avicenna dixit armoniacum confert dolori sciatice
et phorum inunctum et bibitum cum melle et aqua or ¶
Serapio dicit proprietas armoniaci est conferre sciatice
et podagre et dolori juncturarum quae fit a fleumate visco-
so. qui datur ex eo aureus unus postquam resolutus
fuit in decoctione Et bibitur simplex et mixtum cum
aliis medicinis Et albucasis dixit qui pix dura miscetur
cum melle. et fit ipsius ps v.a mell. p. iij. tollit dolorem
calidum et frigidum Dixit etiam albucasis de ruta silvestri quod
confert paralisi et sciatice et dolori juncturarum bibita
et more emplastri supposita. Et talis ruta est tapsia de
qua dicit Sarapio quod ad omnes dolores juncturarum frigidos
si fit cum ipso inunctio. confert juvamento magno
Et Sarapio etiam dicit qui ruta coquitur cum aneto sicco
et bibitur confert dolori juncturarum Dixit etiam albucasis
qui fit emplastrum cum synapi confert artetice. et est
in summa omni dolori frigido antiquo qui volumus trahere
deforis humores frigidos antiquos et viscosos Dixit
etiam contra arteticam et podagram ex frigiditate incipit. radice
acute in pasta postea scisse per medium ponatur
super arteticam certissimum est remedium ¶ Avicenna dicit
opium est narcoticum sedativum omnis doloris sive bibitum
sive illinitum Et potio eius sit quanta sit lenticula
unum hoc malum facit dormitionem suam Dixit etiam embro-
catur decoctio canlium in dolore juncturarum. Dixit iterum
radix altee cum adipe anseris valet dolori artetico
Et albucasis dixit quod ipse cum adipe anium sedat dolorem
juncturarum Dixit etiam avicenna qui vulpis coquitur in
aqua et embrocantur juncture dolorose ex ea confert
vehementer Et similiter oleum qui urina decoquitur in eo
primo hoc est valde fortius Et huic sententie concors est
gal'. in xi. de simplici Et kyranis dicit quod coquatur
cum oleo antiquo. et dicit quod curat omnes arteticos miran-
bile Et avicenna dixit quod ex hoc fiat balneum corpore
purgato ne humores trahantur ad juncturas Et
mesue dicit. oleum vulpinum est medicamen nobile
ad arteticam et podagram Voluit etiam quod sessio fra-
in pelle leporis confert in omni dolore juncturarum
Halichabas dicit de sene fenugreci quod prodest omnibus
doloribus exterioribus Dixit etiam. quod si aqua coquatur
cum adipe porci et teratur et ponatur optime prodest

Dixit etiam stercus caprarum tritum cum aceto suppo/
situm dolori iuncturarum prodest. Avic. dixit stercus
camelli prodest dolori iuncturarum et apatibus carnis
Et dixit etiam stercus stercus columborum suppositum do/
lori iuncturarum est conveniens. Et Gal. dicit in 9°
de stercore columborum silvestrium et etiam ego sepissime
utor eo in multis. Dicit inquit cum semine nasturcii tri/
tum et cribellatum vice synapis in egritudinibus vel fieri
indigentibus est conferens. Et Ga. dicit. Novi quosdam
comprimatis ossa vsta ignorantibus ne fastidaret arteti/
cum curasse vel sanasse. Et Kyranides dixit tollatur muste/
la que capitur mortua et coquatur in oleo donec dissol/
vatur et cum cera quod sufficit et sit unguentum. Et dicit etiam
sic habere magna medicina ad arteticos et ad omnes
passiones nervorum et ad cyragram valet. Et dicit
etiam rato domine administrat mox empli. Avic. hoc
etiam dixit. Fridis dixit balneum decoctionis formicarum
cum ovis suis et etiam terra nidi antiquam guttam sanat
decoctio radicis sparagi cocta et bibita prodest a dol.
isto. Et Palladius dicit in precedenti etiam valet et prodest
Et item etiam ebuli radicis si bibatur usque
quod sit expertus. Et item
ad 7 in tempore quietis preservat ab artetica. Et
in tempore doloris etiam subito confert et etiam est mirabile
notetur tamen quod multum educat per secessum. Cranium etiam
regum quod teritur et cum iure galli confert in dolore
iuncturarum et colice. Et dicitur etiam experientia quod si vul/
latur catulus pinguis abiecto capite et pedibus et intes/
tinis pfrustratim mediatur et usque ad dissolutionem
sic coquatur in aqua deinde colligatur pinguedo que
supernatat infrigidato iure tollit dolorem arteticum
et hoc in calida facere videtur. Et idem expertum pinguedo
pinguis aut catuli simili applicata

Hoc modo capitulum facio de hiis que prohibent
materiam venire ad locum cedens ad precedentia
valet. Avic. dicit in hoc omnes species pirorum sit stiptice
et sic mitates in emplastris retentivis materie. Et alibi
dixit emplastrum pirorum prohibet fluxum humorum ad membra
decurrentium. Et sm Dyascorides per se decoctio. Et idem dicit
Avic. de foliis pomorum et dicit etiam nespule tenent omnem
fluxum. Dyas. etiam dicit folia et flores nespili et mori
rubi leniter stringit. Sapio dicit galla fortificat
membra laxa debilia et prohibet materiam ad locum venire
Mesue dicit galla inmatura est magne potentialitatis
et utilis contra fluxum humorum. Et alibi dixit quod sit retinere
et constringit et exsiccat omnem humorem et prohibent
ipsum ad locum venire. Et Dyas. videtur velle de clixa/
tura sive bulhaqua eius. Dixit etiam Avic. fit ex
ordeo emplastrum de citoniis et aceto super podagram et
prodest et prohibet fluxum superfluum ad nervos sive ad
iuncturas. Verum Dy. sic dicit farina ordei aceto infusa
et cum pice dura cocta articulorum emma abstrinet
Et Bar. dicit quod idem est quod iuncturas vehementer
confortat et exsiccat et vias constringit. Et dicit etiam
Dyas. tribulus confert omnibus membris ad que fluunt sup/
fluitates a humores. Et dicit etiam portulaca reprimit
a iuncturis reuma et maxime coliticum trisinu/
tat. Et dicit etiam herba ambrosiana cataplasmate
adhibita omne reuma compescat. Dicit etiam Avic. mir/
tus omnem fluxum retinet ad membra. Et quod fit

fumigatio cum ea in balneo confortat corpus et exsic/
cat humiditatem et superfluitatem que sunt sub cute. Et
dixit emplastrum abrotani prohibet attractionem materiarum
Et dixit etiam ex pentafilone fit emplastrum ad fluxum
et sedat. Veteres etiam aliqui dixerunt quod sabba
frigida ex agresta vel succo extremitatum vitis prohibet omnem
fluxum. Avic. Corpus terra sigillata prohibet fluxum
humiditatum et effusionem illarum. Experientia scio ego
quod salgema contritum cum oleo communi bullitum fricatis iunc/
turis exsiccat illas et multum ab artetica preservat. Ite
dico quod si sal bullitum esset cum oleo rosarum et citonio et
cum aliis convenientibus sicut sunt extremitates rubi et
pice silvestris et cum aliis etiam in isto etiam novaris mira/
bilia iuncturas et maxime calidas confortat et ab arte/
tica preservat prohibet etiam cum hoc fluxum materie ad partem
et per maiori notitia huius capituli recurre ad capitulum
Kyranides de medicinis prohibentibus materiam fluere ad locum
et in capitulo alio de medicinis prohibentibus materiam fluere
et ad stomachum venire. Et multum possum scribere
hic de dolore nervorum et de dolore sciatico et de
multis aliis que dimisi physicis relinquo

Apostemata calida et frigida et dura fiunt
in pedibus sicut et in aliis locis. Calida apa/
ta curantur sicut apta calidum aliarum iuncturarum
et locorum et similiter frigida. De undimia satis dictum est
in primo hoc et breviter de istis cito me expedio quod
de eis nihil quod novum invenio. De talo tamen aliquid fa/
cio mentionem et paucam quod paucum de eo invenio
Et de illis apatibus duris satis dictum est circa de eis
tractio. Et primo Sapio dicit in hoc lac ficus silvestris
et succus foliorum eius similiter lac et extremitas ficuum tri/
turarum quod ponuntur super verucas quod dicitur capita
clavorum evellit eas et aperuit. Et Bar. de vai. dicit
quod cum eis parum olei addit. Dixit etiam Sapio quod fit
emplastrum cum ficubus siccis et tritis coctis et pirolis et
nitro maturat apata duriaret clavos. Et fm quod
da liniatio frigida cum solis ficubus acerbis confert verucis
et speciebus earum. Dicit etiam quod farina fabarum miscetur
cum fa. fenugreci et melle resolvit clavos et etiam apa/
ta que fiunt in radice auris. Et idem dicit psaac. Dy.
dixit assa mixta nitro ruta et melle clavos tollit
Et idem per se cum carieis et tritis aliis. Dixit etiam
nigella lepram callos et porros et verucas et apata
tollit et in alio loco videtur velle quod sit mixta cum
urina. Et dicit in 9° de melongia est ac melongia
nigella. Et dicit Sapio de ea quod fit emplastrum ex te/
sis super durities que fiunt in iuncturis pedum quod dicitur
calli aufert eas. Et quidam antiquus dixit eas dixe/
runt quod fa. nigelle cum fa. antiqua mixta et suppo/
ta post ablutionem pedum cum aqua calida callos tollit
Callos etiam qui apparent in corpore tollit emplastrum fem
ex foliis rute et carne passularum dulcium. Callos
etiam tollit bursa pastoris trita cum pinguedine porci
veteris et supposita. Alibi dicit quod obviunt cortices
salicis et miscetur cinis cum aceto acerrimo et ponitur
in verucis et super cotondis et in bothorbus similibus capi/
tibus clavorum i. callis et verucas eradicat ea quod fit
cum ea linitio. Et vere sepe in porris sit expertus
Et dicit etiam sic. Et par lacerte aris clavos sanat
super emplastratum. Et dicit etiam fel vacce clavos et cal/

nis nrē cutē pit et splēdificat faciē. Rx ranis dicit
radix vitis albe mixta cū farina orobi et fenugr.
purgat clauos et lentigines et maculas eas nigras
et cocta cū oleo ad idē eas valet. Et dico ego radix
cardonis quibus pāni aptantur. In vino cocta et con/
tusa cū melle clauos infixos et verucas sanat
Recepta hec valet. Rx. cepe vnū contratur cū adipe
galline et vz sume vt dicit dyasco. callos facit ex
strictura calamenti qd' aliqui vidi vtile. Vermicula/
ris eas trita et supposita callos tollit vt dicit aliq
se esse expertos. Item vz hec. Rx. petiaz vnā carnis
et subtilē et inuoluatur callo. deinde sup petiaz illā
ponatur calx viua. Et postea ligetur alia petia siue
fascia. hoc autem facit callū cadere. vz eas mirabile hec
Rx. aq tartari p. iij. saponis nigri p. j. argenti
viui prius vigesiaz. bulliant oīa insimul in ciato sup
prunis et cū bullint subito ponatur ciatus in aqua
frigida. Ita tñ q aq nō egrediatur ipm sed vt feruor
solummodo extinguatur. Et hec facies nonies. callus
autem remouet. Et ponatur sic in mane sup loco fri/
mone frigida. Deinde si sero lauetur locus cū aq calida
et abradatur locus deinde inungatur. deinde abra/
datur et lauetur primo cū aqua calida et sic fiat do/
nec sit remotus. Et ne ignoras aquā tartari q
hoc modo fit. Rx. tartarū et pone ipm sub pru/
nis et sine ipm vri donec albescat. Postea pone
in sacculo lineo in loco humido suspēso. et suppo
ne sacculo ampullaz. Et illud qd' egreditur erit
aq tartari. Valet hec etiaz in mundificatione pelle faciei
vt in decoratione dicitur.

Explicit liber secundus de passionibus a ca/
pite vsque ad pedes feliciter.

Capitulum vnguentum de rapa. expertū in tumefactionib
ac vlcerib et scissuris siue bugantis. q fiunt in pe/
dibus siue manibus propter frigus. Rx olei ros. ℥ iij.
cere albe ℥ ß. pulueris mastic thuris. mirre. anā
ʒ ij. ponatur ad coquendū sub cineribus in rapa conca/
uata. Et de dō vnguento vngatur locus et perfecte sana
bitur. Dyas. decoctio raparū sanat scissuras
pedū et manuū q fiunt propter frigus. si pes aut
manus in ipsa teneatur. Et illa decoctio frequentata
tollit frigus manuū et pedū. Idē facit rapa
cocta et emplastrata.

Deo gracias

pulues carnatiuus optimus et gnatiuus carnis. Rx aloes thuris
mirre sarcocolle. anā ʒ ij. sanguis drā ʒ j. farine orobi aristologie rotunde
genciane anā ʒ ß fiat puluis.

Aliud. Et creatio carnis cū emplis
quenit ... et tardior ... cū pul
uib dissiccatur et celerior

In casu et offensione ventris. nō de quadā puella duorum annorum bononie. nā cū curreret habebat
... violenta et impetus a bombis et obumant per lecto q erat in strata sua donan ... Et
bones procerunt ipas in ... et tota anterior pars ... transiunt sup ventrez eius et
sup regiones splenis et stomachi / et capta fuit a sincopi et a retētione vrine et oīa visiba
et vesicaz compressit fuit mecus vocatus et repit ipaz sincopizantē et scitus fuit fieri ... ... nz
fricationes et alia q fuit viuificatiua. deinde inungebat totū corpus / et partes lesas cū oleo ross
calido. Et emplauit corpus puluē mirtino qui aut ... in me ... quem in ... confortiuē
...ri et prohibitiue ... ... q loca firmat et confortat et a punctis ... defendit ... sero fecit
... ... ad ... ... et ... cassie propter mollificationes feces existentes in visceribus compressas
... sepe die fecit hanc vnctionem circa corpus et partes lesas. Rx olei de spica ℥ ß olei sabucini
℥ ij olei de thamarisco olei camille anā ℥ j. adipis anatis ℥ ß misce et bulliat oīa lento
igne. et fassiauit cū dca vnctione. Et fecit fieri clistere in sero cū decoctione ... et anisi et
feniculi et mo... cassie. ... ... sepe hoc applicauit emplastrum circa ... partes lesas. Rx florum
sambuci siue florum camille. anā m. j. melliloti absinthij pulegij calamenti anā m ß bulliat
perfecte in decoctione altee et malue. q. s. vsque ad debitā consumptionē. fiat ... farine ordei subtilis
puluerizati ℥ iij. rosarum ℥ ß spice ʒ ij. mastic olibani storacis calamite anā ℥ j. et impinguetur
... sambucini ℥ iij olei spice olei camille anā ℥ j et ... emplastrum singulare magnū ...
vnctiue et confortans hec et sic perfecit plurib diebus et sanata fuit et viuit ... ... accepit
... ... a mense in suo ... et expendit sup carnem et applicauit
corpi. et cū nutu dei vadit vbique deo gratias

Postquam in libro primo factum est mentio in uniuersali de vulneribus. Nunc in 3o libro mentionem faciam particulariter de singulis membris compositis. Multa enim in primo libro non recapitulans. Ergo itaque causa breuitatis et notans istum ordinem obseruo, quia auicenna in 2a fen in uno capitulo de capitulis ulcerum simul apostemata et vulnera et quia de apostematibus facta est sermo modo de vulneribus loquar. Et quintus sermo erit de ulceribus propter ab illa duo consequuntur ulcera.

De vulneribus capitis sine fractura cranei mentionem faciam obmittens alia vulnera cum fractura de quibus factum est mentio in primo libro huius. Dico igitur primo quod talia vulnera capitis aut sunt simplicia aut non. Vulnera illa dicuntur simplicia in quibus est sola intentio incarnatiua sicut si esset incisio sine deperditione alicuius partis. In quibus est sola una intentio scilicet incarnare. Vulnera illa dicuntur non simplicia in quibus sunt due vel plures intentiones curatiue scilicet quod deperditum est regeneretur et locum consolidare. Dico ergo quod si vulnus fuerit cum deperditione carnis debes primo in visitatione stringere sanguinem. In 2a visitatione debes apponere digestiuum factum ex terbentina et vitello oui parum croci quia dolorem mitigat. Et alij apponunt parum farine et c. Et hec appositio debet fieri donec labia saniem protulerint. Et cum labia vulneris protulerint saniem debes mundificare. Et nam si sanies fuerit grossa absterges cum melle rosato vel cum farina ordei et parum melle vel cum alio mundificatiuo. Si fuerit virulenta subtilis mundificies et desiccabis cum unguento apostolorum vel alio ut tibi videtur. Nota tamen quod fac solutionem ut tibi videtur in continuo et stricto fluxum sanguinis cum albumine oui vel cum alijs dictis in capitulis de fluxu sanguinis. Debes locum iungere cum oleo rosato vel succis herbarum frigidarum sicut lactuce et semperuiue. Et in eodem tempore fac flebotomiam de parte opposita si sanguis parum exiuit et virtus fuerit fortis et etas consenserit apponantur ventose. Et si in multa quantitate exiuit sanguis dimitte flebotomiam et utaris scarificatione ut tibi videtur. Et similiter soluatur venter cum medicina lenitiua vel electuario cum clisteri ut et tibi videtur necessitate. Facto hoc utatur dieta frigida. Quare respiciat se a carnibus et a vino puro et ab alijs calefacientibus donec ab apostemate sit securus. Facta purgatione per flebotomiam et solutionem ventris et dieta ordinata et digestione facta in labijs et materia existente mundificata ut dixi debes carnem generare cum unguento vel puluere dictis in capitulo de medicinis generantibus carnem in primo libro. Et non bene quod medicina generatiua non debet apponi in aliquo loco nisi locus fuerit primo exsiccatus et extersus quia materia mala carnem generaret ut dixi est in primo libro. Carne existente generata consolides locum modo dicto in primo libro. Et modum sigillandi et medicinas sigillatiuas habuisti in primo libro quare illa non recapitulabo hic et illic vide. Et nota quod illum modum non recapitulabo aphorismus tibi in hoc libro quare bene videas quia remittam te sepe ad istum locum. Si autem vulnus sit simplex sutura sepe est necessaria. Ista propositio probatur. Illud est utile multum vulneribus capitis quod facit permanere partem distantem in appropinquatam in idem. Et cum hoc prohibet alterationem aeris que est inimicus neruorum. Sed sutura est huius ergo ut habetur 3o regimenti ergo illa generaliter. Et tamen videtur de mente domini auicenne in 3o de fractura cranei dicens in vulneribus vero in quibus non est nisi fissura sine ex plurima. Et apparet cum eo illud intelligitur quod est ossis non est nisi cortex multotiens sufficiunt strictura et ligatura. Et parum inferius subdit. Deinde aggregentur inter duas extremitates vulneris et suentur si est necesse et puluerizetur desuper puluis capitalis. Illud idem dicit guilhelmus de salizeto in capitulo de incisione ossis cum ense dicit. Si autem vulnus cum ense et similibus quando dilatatum fuerit quod pellis pendeat et non possit alteri parti adherere per se suatur cum filo duplicato inserato. Istam suturam concesserunt etiam alij solempnes ingeniosi ut lanfrancus henricus et guido. Et ego confirmo experimento quia sepius feci suturam in capite ut socij mei viderunt et inde bene mihi successit. Quare sileant socij mei aliqui qui reprehendunt alios. Et dicunt quod sutura in capite non debet fieri. Miror de eis qui antiqui sunt aliqui eorum et practicauerunt toto tempore vite sue et nesciunt quando in vulneribus capitis debet fieri sutura siue non. Et licet ignorantiam suam deberem tacere tamen propter socios meos nolo istum modum tacere. Dico ergo ego quod vulnus existens in capite vel in lateralibus vel non. Si est laterale et fuerit pendens ut caro tunc debet suj. Vnde vulnera lateralia sepe vidi pendentia cum parte ossis. Iunxi partem cum parte et sui et incarnatum est in paucis diebus. Et sui sepe in h[illegible] et mihi semper bene successit. Vidi etiam i[illegible] tatella in uno quod totam pellem vel magnam partem pellis capitis fore ab osse eleuatam et reposui eam et situaui ut debuit stare et sui et incarnata est. Quare refero quod si pellis fuerit eleuata in parte anteriori vel laterali semper debet suj. Si autem vulnus fuerit in prora capitis et in parte superiori sic quod pellis non fuerit eleuata sicut quod vulnus fuit in sursum vel deorsum non ex transuerso non deinceps suere. Et tamen addico ego quia si vulnus esset in parte superiori contingens est humiditates multiplicari que non possunt aliquo modo euacuari quare timor est de putrefactione cutis siue panniculi vel ossis licet enim foramen aliquod dimittatur apertum nisi fiat expressio non egredi quia expressio impedit consolidationem. Quare non debet vulnus in illo loco suj. Et hanc sententiam sentit galenus ut patet ex dictis suis. Et hoc etiam voluit auicenna cum dicit aggregentur inter duas extremitates vulneris et suatur si fuerit necessarium. Et non dicit si fuerit necessarium. Ex hoc non suturam debere fieri in prora capitis nisi pellis sit pendens ut dixi quare et c. Et quomodo fiat incarnatio modo vel modis iam dictis in libro primo quare illic iam vide. Si autem vulnus fuerit punctale quod factum fuerit cum telo vel puncta ensis vel cum sagitta nunquam incarnetur. Sed procedatur modo dicto in prima parte huius capituli et illic vide. Si autem os fuerit detectum ex vulnere cooperias ipsum modo dicto in primo libro in capitulo de denudatione ossis.

Faciei est membrum decorans hominem quare sic tractetur quod uniones et cicatrices non sit

vulnera simplicia
vulnera non simplicia ta 9

[illegible] quod mitigant dolorem

[illegible] mundificant
unguento

turpes Et io ubi est possibile sue cum petiis panno(rum)
ut dictum est in primo libro fiat Si autem non potest sui cum
petiis et postquam illa fuerit carnosa fissa suere debes sicut
in separatore punctorum Si tamen post facies fuerit sana su-
tura palpebrarum suere debes Et causa est non quod non
times de humiditate loci Si autem nullo modo posset suere
habeat infirmus in capite officium vel birretum de panno li-
neo forte et bene firmatum in capite Et cum ista suatur
ligatura habentes maxillaram et interius modo quieti
ex dictis Si autem fuerit cum puncta aliqua quod cum telo vel
sagitta vel vulnus fuerit valde profundum facias ut im-
mediate dictum est // Iste notis de vulneribus oculorum
primo mentionem faciam ¶ Omnes autem doctores
conveniunt quod vulnera oculorum sunt timorosa propter ipsum
visum et propter proximitatem quam habent cum cerebro In tantum
quod dixit benevenutus quod vidi sepe aliquos vulneratos
in extremitatibus oculorum amittere visum ex oppilatione nervi
optici Et vidit eos alios ad cataractam devenire Et
non mirum quod si humores ad oculum veniunt secundum dictum Galieni
oculi et actus ipsius a fortiori // Si vulnera in substantia o-
culi fiant sunt magis timorosa // Vulnera illa que
fiunt in oculo aliquando fiunt a sagitta aliquando fiunt a virga
aut ab aliqua re pungente cornea vel coniunctiva quorum de
curis ista pars loquar Et primo de vulnere facto a sagit-
ta // In cura illa habes tres intentiones prima est in victu
2a est in purgatione 3a in localibus Prima intentio com-
pletur hoc modo Utatur ipse farre cocto cum amigdal(is)
vel farina ordei cum cucurbita vel lactuca vel por-
tulaca Et aliquando utantur mica panis lota in aqua
Et hoc donec fuerit securus ab apostemate Si vero fuerit
debilis utatur carnibus edinis pullinis vel avium nutri-
entium se in campis Et utatur vino limphato Cum
autem fuerit tutus ab apostemate utatur bonis carnibus et bo-
no vino eo quod illa generant bonum sanguinem et per consequens
humiditates 2e bone generantur que sunt cause consoli-
dationis Licet henricus dicit oppositum cui in hoc non
credo et vidi causam quod videbis quod verum est // 2a
intentio completur hoc modo fiat flebotomia de parte opposita si
etas consensit et dispositio loci Et nominatim dico dispositio loci
quod ex hoc loco potuit tantum exivisse de sanguine quod
solum ventose sufficient ¶ Purgatio fiat cum electuario
de cassia si non fuerit febris vel si materia non curreret ad
locum multum vel fiat cum pillulis de yera vel cum yera
simplici vel cum pillulis cochiis vel cum aureis vel cum
illis de luce que appetitum habent ad oculos Et syrupi
dentur secundum dispositionem capitis et aliorum membrorum Et non
loquor in hoc plus quod omnia accidentia advenientia et dispositiones
non possunt scribi ¶ 3a intentio completur hoc modo quod si sa-
gitta fuerit in loco vel apparet vel non si apparet sagitta
capiatur in cannula sua cum tenaculis suis et moveatur
hinc inde quod a dextris in sinistram et post hoc recte extrahatur
Et postea locus impleatur cum oleo ro(sato) et vitello ovi quod
multum dolorem mitigat et locum confortat Et circa locum
apponatur defensivum secundum sepe in primo libro Et ponatur
oleum rosatum cum bolo ar(meno) vel succo herbarum sicut sunt succus
morelle endivie lactuce semperviue Et sic de aliis do-
nec fueris securus ab apostemate Et in loco in 3a mutatione
vel 4a que erit 3a dies ponere debes farinam ordei cum
melle ro(sato) // Facta mundificatione incarnetur et con-
solidetur locus modo dicto in primo capitulo Si autem sagitta non appa-
reat modo dicto observata dieta et purgatione et aliis

prohibentibus apostemationem in loco debes apponere oleum ro(satum) et
tenerum et balneatum in oleo ro(sato) Et non mireris quia cum
locus est valde debilis ratione olei dilatatur Et si non dilata-
retur ex hoc ponas tentam de spongia vel ponas [illegible]
melligarii ut aliqui dicunt nec propter aliquid ad intus [illegible]
quod medulla illa cito frangitur ut scis Hoc facias [illegible]
sagittam extraxeris si est possibile modo dicto Si autem [illegible]
inveneris cum instrumentis tuis et ingeniis tunc natura [illegible]
operari ne quod natura operatione sua non cessabit circa [illegible]
expellere donec ipsa apparuit Et illud vidi sepe [illegible]
fecit Et non mirum quia natura facit hoc quod semper illud quod est
naturale sibi temptat conservare et manutenere Illud autem
quod est preternaturale sibi vel non congeneris temptat expellere Et si non
in modico tempore in multo tamen Et hoc verum in vulnere existente circa
oculum Si autem vulnus est in oculo a virga vel ab aliqua re
pungente vel vulnerante cornea vel coniunctiva observatis
dictis in primo quo dieta et purgatione tunc conveniet hoc collirium
℞ boli ar(meni) ℥ i thuris sanguinis draconis gummi arab(ici) ana ℥ s(emis)
terantur et cribellentur et misceantur cum lb i aque rosate Et post
hoc ponatur in ampulla una vitrea et hoc vitrum suspendatur
in vase pleno aqua Ita quod non tangat fundum neque extrinse-
cas vasis et bulliat sic per horam postea ponatur ab ig-
ne et addatur huic toti ℥ ii vini clari de granatis et
dimittetur sic per noctem et post hoc coletur et ponatur in oculo
in die bis vel ter Ipso tamen existente aliqualiter tepido quod aliter
visum noceret Et de illo curavi habui multos nam habui
unum in burgo galerie habui alium in burgo capse et cum
illo collirio liberati sunt Vel recipe primum in principio occurrisset si sanguis
exivit pone albumen agitatum ut dixit yesus Si autem
in oculo fuerit percussio et non exivit sanguis tunc collirium
de miphorum et thucia vel cum aqua ro(sata) Si est cornea vel
coniunctiva perforata tunc collirium praedictum vel et sine expertus
Benevenutus laudat albumen ovi bene agitatum in mor-
tario et ductum in fortiter unguentum Et vocat hanc medicinam
virtute a deo datam Non tamen quod si ibi effundantur humores ratione
percussionis secundum destructionem actus ipsius oculi et vidi et tunc
non habes nisi oleum conglutinare ut sepe feci cum collirio
primo Licet gal(ienus) in 4o de accidenti et morbo dicit se vidisse
se illum puerum qui punctus fuit in oculo graphio ex quo
effusa fuit consistens aquosa humiditas et liberatus est Et ego
credo quod hoc fuit de raro contingentibus Et rabbi moyses
qui de hoc tractat dicto gal(ieno) Et dicit quod hoc est de mirabi-
libus suis Sed ego credo quod gal(ienus) fundatus est super hoc quod illi
humores non sunt membra spermatica Et talia per viam praedictam in-
tentionis possunt restaurari ut voluit in 2o tegni quare si ille
humores egressi sunt vel aliqua ab oculo illius pueri non mirum
neque ipsos restaurari hoc fuerunt verba gal(ieni) Sed dicet aliquis
ex visione et solone dicit gal(ienus) in 4o de accidenti in capitulo de causis
accidentibus visui visus videtur velle illos humores esse membra
scilicet cristallinus vitreus et albugineus Et videtur quod non quia non
carnem forme declaratur autem gal(ienus) in ipso met loco Et videtur quod
sanguis qui transmutatur in membra sanguinea per parvas et fa-
ciles transmutationes transmutatur in membra Sed sanguis re-
cipit in hiis longas et grandes transmutationes ergo non sunt membra
carniformia Sed non sit spermatica probatur quod membrorum
spermaticorum totaliter deperditorum non restauratur aliquid ut gal(ienus)
in loco predicto dicit quo 4o et 2o ¶ Item nullus istorum vere nutritur
quod ad nullum illorum transeat vena vel porus deferens nutrimen-
tum quare 2e ¶ Ad oppositum est mens doctorum Et probatur ratione
quod oculus est membrorum organicum quod membrorum integratur ex
humoribus et tunicis Sed omnia integrantia membrum orga-

intus sunt membra. Alii quoque humores et tunice intestinant membrorum
quod oculi uti quod humores et tunice sunt membrorum. Prima questio quoque de
hoc. Humor cristallinus est animatus probatur. humor cristallinus est
principalissima pars oculi quoque est pars animata quia tenet et hoc quod
quibus pars principalis membri est pars animata quod probatur quod propter eam
operatio principalis membri certamen perficitur. Item quoque cris
tallina animi patitur per contrarietatem probatur quod contingens est humorem
albugineum esse opacum non comprehendentes visibilium. Ad cristalli
nam in debito modo portabitur. quo posito in esse egrotabit
cristallina quoque etc. Item tunc sic si cristallina per contrarietatem patitur
quoque aliquid aliud membrorum per proprietatem patitur sed nullum aliud
egrotat nisi albugineus humor quoque ipsum est animatum que secht
2o quod humor albugineus est membrorum et per idem potest dici de humore
vitreo quare sequitur quod omnes humores sint animati probatur.
Item quoque deperdito non restauratur nisi in puericia ut iam dixi
tamen in animata omni tempore restaurantur ut patet in unguibus humores
quoque tempore potest non corporis dicitur. quod in casu est sola generatio
ut dixit galienus 2o tegni et hoc non mihi gelidet. Dico
quod isti sunt principales partes membri organici ut dixi quoque et
membra et hoc non satis persuadet. Ad omnes dico primam
vel sunt membra spermatica vel ad illam reducibilia. Et
ad argumentum dicitur quod spermatica membra totaliter de
perdita non restaurantur dico concedendo. Et ad galienum dico
quod ille humor totaliter non fuit in puero illo deperditus. Et
si totaliter foret deperditus restauratio non foret possibilis
unde osse brachii existente deperdito secundum se totum nullo modo
restauratio est possibilis sic dico de humoribus quare etc. Ad
2m dico quod non omnia membra spermatica tiant. tamen ipso necesse
est omnia membra spermatica sunt dura immo aliqua sunt mollia
ut patet. Ad 3m dico quod nutritivum et nutrimentum accipi
et recipitur in eis sicut in aliis membris spermaticis quod nutri
mentum per vias insensibiles vadit ad illa membra. quare ta
lia membra virtute sensitiva habent solum. Et amplius in istis non
me extendo quia nimis longum esset declarare.

Dixerunt doctores quod si palpebra incidatur quod suatur
cum acubus acutis et hoc non est propter contrarietatem
que est in oculo. unde recta non potest ita bene mitti per partes
illas. licet cum recta posset suere sed non ita bene. Et quia
hoc capitulum nihil habet proprie ideo de eo me cito expedio
Ideo nota quod cum palpebra est incisa totaliter tunc difficulter
consolidatur quod locus est valde cartilaginosus et incarnatio
nunquam fit bona patet quod membrorum est paucae carnositatis. si sola
pars superficialis sit incisa illa bene incarnatur. quare consolo
tum illum suere debes et apponere debes pulveres incarnativos
et albumen ovorum quassatum cum oleo rosarum. et pulverem illis
et superponere vel incarnare potes modis aliis superscriptis
in primo huius loco proprio.

Nasus aliquando vulneratur quia frangitur quia teritur
et conquassatur. hic tamen proprie agitur de incisione nasi
quod plurimum hoc accidit contra tamen colonus loquatur sicut in capi
te locutus sum. Nasus est abscinditur secundum totum et aliquando
non sed tenet se parte. Si secundum se totum abscinditur non potest
incarnari. Item aliquando vulneratur secundum longum et aliquando secundum
latum. Si nasus inciditur secundum longum vel latum si vulnus
fuit strictum et sine deperditione alicuius cutis et carnis tunc
sufficit sola ligatura vel si illa non possit fieri suatur
conductus tamen postea bene partibus. Recordare tamen quod debes fa
cere flebotomiam vel ventositatem secundum necessitatem et dispositionem
pacientis Et purgationes eius facias ut videtur tibi necesse
quod si repletio est in toto facias evacuationem. Si replecio

sit in capite solum cum pillulis de yera vel aureis vel co
chiis facias Et per hoc completur prima intentio. In dic
ta restaurant ut dictum est supra in tractatu de vulneribus oculi
et per hoc completur 2a intentio. Si quoque nasus incidatur secundum
longum et incisio sit stricta tunc sufficit sola ligatura vel
sola appositio pulveris. Si in naso fuit secundum longum et latum
vel os est scissum vel non. si non conducas partes et suas
ut supra dictum est et incarnetur predicto modo in primo huius. Si os
fuit incisum vel est separatum ab origine ossis vel non
Si non est separatum et est aptum conduci conducas carnem et
ossa adinvicem et sue et incarna quod sepe incarnatur et
sepe feci. Videas tamen aliquid frustum ossis esset se
paratum vel aptum separari a toto osse cum digito et illud
amove. Si non est possibile ipsum conduci tunc removeas ipsum
et incarna ut in sequenti dicetur. Si os modo propter partem
esset separatum ab origine ossis et tunc illud move subito
et violenter et conducas carnem illam super originem ossis
et sue et incarna. Et isto modo ego feci in capite feci
in digito feci in tibia et semper bene successit mihi.
De remotione dicunt aliqui quod debet removeri subito
in principio vulneris eo quod in removendo eum causatur
dolor et vulnus novum quare ne illa causentur non debet
moveri post principium sed solum in principio. In quo illa duo sunt
scilicet dolor et vulnus. Et huic credo. Isto facto defensivum
debet apponi circa locum et super locum et defensivum est tale
Recipe succi morelle sempervive ana ℥ i ß. olei rosarum ℥ i.
boli ar. ℥ ß. aceti ℥ ii. misceantur invicem et cum peciis
ponatur super locum. et facias hoc defensivum donec fueris
securus ab apostemate. Si contingit quod non possit fieri sutura
quia acus recta tunc ponatur ipsa in igne et cum fuerit supra
lesa curvetur. et tunc conscribis in operatione quod facies su
turam et incarnes modo vel modis dictis in primo huius. Item
quod vinum salvia multum incarnat locum istum ut voluit mul
ti magistri. Et ego credo quod istud vinum vult esse supernaturale
vel artificiale. Si contingeret modo quod vulnus esset ali
quantum antiquum sic quod non essent labia sanguinolenta et
velis suere debes inspicere labia et facere ipsa sanguinolenta
et tunc suere debes modo dicto et procedere sicut dictum est. Si
autem videris quod post principium vulnus indigeat aliquo mun
dificativo tunc mundifica cum melle rosarum mixto cum farina
ordei vel terbentina mixta cum melle. Postea mundifi
catus incarna locum cum pulvere thuris vel cum alio pul
vere generante carnem sicut yreos vel aristologia et sic de
aliis. postea hoc consolida locum cum pulvere nucis cipressi et
ablutio est facta cum vino calido stiptico. Si contigit
modo quod vulnus sit cum deperditione carnis convenit
generare carnem cum re que sic fit. Recipe thuris mirre ana
℥ ii. farine fenugreci ℥ ß. resine ℥ i ß. et olei quod
sufficit et fiat unguentum. Item valet iste pulvis
Recipe masticis thuris mirre draganti gummi arabici ana
℥ ii. farine fenugreci ℥ ß. misceantur. Et intelligas
postea facta digestione in labiis cum vitello ovi et terbentina
et abstersione facta contra locum sigilles cum grosso vino
vel cum unguento de minio vel cum pulvere qui sic fit
Recipe nucis cipressi cortice granati minimum ana ℥ i.
pulverizentur et cribellentur. Si vulnus modo esset ex
transverso nasi ita quod nasus esset ex toto incisus
potes tunc suere iuncta bene parte cum parte. si non vis su
ere cum ligatura tene partem iunctam parti. Et de tali li
gatura invenio multas discordias. Primo dicunt lanfran
cus et theodoricus quod locus ligetur cum duabus ligaturis

vna ponitur sub naso et ligetur capiti. Alia ponetur super
nasum et teneat medicinas super locum. ¶ Rogerius et Guil-
lielmus cum vna binda incisa per medium vbi possit nasus
ingredi nasum. ¶ Henricus istos modos reprobat et dicit
quod si fascia esset strictior quam oportet tunc nasum difformaret
si latius quam oportet tunc nihil operatur. Quare tenet dicit melius
esse dimittere ligaturam nihilominus credit ligaturam de subtus
et non desuper. ¶ Ego autem de ista altercatione parum curo quia
in facie non potest dari certa regula de ligatura quare quilibet
faciat secundum quod per suum ingenium melius inuenire poterit.
Tamen ego imponerem vnam cuffiam in capite bene strictam
et ligarem nasum vt dicit Guillielmus. Et binda illa sueretur
cuffie et credo quod hoc sufficeret quantum ad ligaturam et isto
operatus sum. ¶ Istis est non obstantibus dico quod melius est
suere et incarnare modo dicto et non obliuiscatis quod in
naso ponatur vna canna de penna anseris quod aer et
sanies possint habere respirationem suam. Et aliqui ponunt v-
nam in qualibet nare de stuppa vel de pecia vel de lig-
no. Et ego quod hoc fiat propter aliam causam videlicet vt pars nasi
cum alia parte bene coniungatur quoniam si iunctio non est debita
forme nasi tunc claudetur vel tortuosum remaneret
quare in processu difficultas esset in attrahendo et expellendo
aerem vt supra emittetur hoc ponunt tentam. ¶ Si autem na-
sus esset conquassatus ita quod os esset contusum quod dixi me
dicturum de hoc tamen dico quod operatus sum quod frustra ossis
debent equari cum digitis et ponere digitum in naso et
ipsum eleuare et gradatim ponere tentam in naso vt ossa
deprimantur et gradatim puluilli balneati in albumine oui
ponatur cum stuppis et in processu ponatur oxicroceum vel
ponatur puluis volatilis molendini boli armenici et sanguinis
draconis et cum oleo rosato fiat vnguentum et in xiiii diebus sperat
plus de restauratione ossis nasi. ¶ Si vero esset in naso co-
tritio curetur vt alie contritiones et in hoc non sto quia recur-
ro ad primum librum in tractatu de contusione et attritione.
¶ Si autem vulnus ferri fuit cum sagitta considera vt sagit-
ta sit apparens mollifica locum et conforta ipsum cum oleo
rosato calido et fac stomachum prima die et fac clistere et die-
ta eius sit frigida. ¶ Secunda die attendas ad infirmum et
nisi debilis sit vel alia causa te impediat capias cannulam
sagitte cum tenaculis dentatis et firma bene tena-
culas et gradatim volue sagittam cum tenaculis a dextris
et a sinistris. Et postea reducas sagittam ad locum
in quo fuit primo et sic recte et naturaliter et sine diffi-
cultate poteris extrahere eam cum viam sibi fecit et reuo-
lutione a dextris in sinistros et contrario. Et cum sagitta
si non fuit nimium fixa poteris primo die mouere eam
nisi aliud impediuerit te. ¶ Sagitta extracta non
conmodo dolorose impleatur vulnus cum petiis et stu-
pis infusis in oleo rosato calido et vitello oui et hoc vsque
ad tres dies vel quatuor et post quatuor dies incipe mundi-
ficare vulnus cum farina ordei et melle rosato. Et si do-
lor adesset addatur farina fenugreci fiat mundificatio
incarnetur et consolidetur sicut in illo capitulo dictum est.
¶ Si autem sagitta nullo modo fuit visui manifesta inquire
de ipsa et si eam non inueneris via alia super mollifica
locum et conforta cum oleo rosato vsque ad consolidationem vul-
neris. Et si poterit vulnus consolidari per viam istam fa-
cias quoniam isto modo sepe consolidat vt videtur vel locum
teneas apertum vsque ad perfectam apparitionem sagitte
quoniam multotiens natura expellit eam ad locum conuenientem
et tunc sepe extrahitur per se sine difficultate vel sine
modico vel manifestatur sic quod extrahi poterit. ¶ Si
autem non appareat sed manifestatur tactu et non visui
conaris tunc ponere in cannam sagitte oleum rosatum et molli-
ficare locum vulneris cum eodem oleo per tempus. Et cum fuerit
visum tibi locum fore mollificatum pone vncinum vel
trebellum vel aliud instrumentum in cannam sagitte
vt tibi videtur et bene ipsum comprime. Et tunc volue
vncinum vsque partem anteriorem et commoue sagittam et
eam extrahe si sit possibile. ¶ Si extrahere non poteris iterum
redeas ad mollificationem loci et dilatationem eius quod post
primam experientiam debes conari locum dilatare cum tentis
et cum spongia vel aristologia et aliis habentibus dillatare.
Et apponunt vitreolum in loco cum oleo rosato et spallit in
cannula sagitte et gradatim extrahe sagittam et iam dum
persequeris isto modo ter vel quater quod ista extrahatur isto modo
et nequaquam dolose extrahatur isto modo. ¶ Si autem sagitta bar-
bulata fuit capiantur barbule cum tenaculis si poterit
vel in barbulis ponantur penne anserine non incise nisi
in vna parte et tunc capiatur sagitta cum tenaculis et ex-
trahatur quoniam barbule non possunt infigi in carne. Et non
quod moderni habent trebella et ponunt ipsa in cannula sa-
gitte et tunc sagitta exit. Et non pono compositionem illius tre-
belli quia nota est omnibus. Et sagitta extracta mundificetur.
Et si mel cum farina ordei non sufficerit quod sepe carnosi-
tates orte sunt in loco tunc mundifica cum vnguento viridi vel
apostolorum deinde consolides modo dicto supra.

Ista membra scilicet aures et labia nihil habent proprium
ab aliis membris. ¶ Quare si aures vulnerantur
et nulla sit deperditio in eis suantur et incar-
nentur cum puluere incarnatiuo et albumine oui mix-
to cum oleo rosato et hoc si fuit vulnus in substantia auris.
¶ Si autem fuit deperditio carnis differant labia primo
deinde mundificentur et tertio impleantur carne et quarto con-
solidentur et hoc est dictum in primo modo huius libri. Et generalis
est in omni vulnere facto cum deperditione carnis. ¶ Et eodem
modo per omnia fiat si vulnus fuit in labiis. ¶ De vno tamen
auiso te quod in sutura bene iungas labii partem
cum parte labii ne in eo nasceretur eminentia que
difformitatem faceret in labio. Et iam illam dif-
formitatem innatam in labio cito curaui. Et primo
incidi illam difformitatem et partem illam labii sic emi-
nentem et consequenter locum sic consolidaui et remota
fuit illa difformitas et illud feci in via noua
in vna domicella. ¶ Si autem vulnus auris per punctum
instrumenti esset cum sagitta factum debes considerare
si sagitta penetrat vsque ad substantiam cerebri vel non.
¶ Si penetrauit coniecturam habere poteris per hec
signa quoniam omnibus efficitur rubei cum mutatur alienatio
ergo quod vulnera que fuerint in tali loco aut sunt in substantia stomachi
aut in musculo cooperiente stomachum. Si in stomacho aut penetrat
totam substantiam stomachi aut non. Si sic cognosces quia emittit
cum sputo sanguinem et chilus egreditur per foramen. Si non
illa duo signa non apparebunt. Si vulnus fuerit modo in
musculo cooperiente stomachum aut penetrat illum musculum
et non tangit substantiam stomachi. Aut non penetrat substantiam
ipsius musculi. videbis cum tenta tua. In cura ista
habes tot intentiones quot in aliis vulneribus dicte sunt. Prima
completur cum evacuatione si opus fuerit vel cum clisteri. Et
suppositoriis. Et ista duo sepe fiant et cum flebotomia si ex/
pediret vel cum ventosis appositis secundum necessitatem. Secunda in/
tentio completur eodem modo. sicut sepe in aliis capitulis est dictum.
Tertia intentio completur hoc modo quod consideres vulnus si fuerit in mus/
culo cooperiente ipsum stomachum. Et si fuerit magnum co/
ntinuas partes et sue. Et locum decliviorem dimitte apertum
ut sanies possit exire. Et in aliis necessariis fac prout sepe
dictum est supra. nec oportet ponere defensivum tamen locum quod
stupat satis bene prohibet apostationem loci. Si modo
vulnus fuerit parvum ita ut non indigeat consutura dico
quod postquam non fuerit penetrans vulnus in eo non erit dubium
nisi per errorem medici permittentis ipsum vulnus apostemari.
Consideres ergo vulnus si fuerit cum sagitta ipsam extrahe et
breviter hoc fiat quod locus non est ossuosus. quo extracta im/
pleatur locus cum oleo ro. calido in pene mixto cum vitello
ovi. Et ita etiam faciam si vulnus fuerit factum cum ense
et similibus. Et confortetur locus cum oleo rosarum bolo ar. et
aceto. Et similiter hoc potest fieri cum succo solatri semper vive et
lactuce et etiam endivie. Si vero vulnus istius loci ad substantiam
stomachi penetraverit sive fuerit cum sagitta factum. sive cum
alia re primo extrahe sagittam leniter. Et si post extractionem
emiserit sanguinem cum sputo vel vomitum sanguinis signum est
quod sagitta penetravit usque ad intrinsecam oris stomachi et
tunc iudica vulnus mortale et propter affinitatem quam habet stomachus
cum cerebro ut videtur in anothomia timere est de spas/
mo et de dolore. Et quia membrum illud est valde nervosum
impeditur valde consolidatio et etiam quia officium suum destru/
itur quod est necessarium toti corpori quod est appetere cibum et dige/
rere pro toto. sine quo vita stare non potest ponitur vulnus
mortale. Cura ergo ipsum hoc. Primo conforta locum ad extra
cum oleo rosarum. absinthio mirto et citoniis. omnia illa con/
fortant stomachum et fac ex istis unguentum ut tibi videtur. Et bibat
vinum decoctum vel aquam plantaginis deinde procedas cum
mundificativo de terbentina sicco et fa. or. et vitello
ovi et intingas tentam cum illo mundificativo et non
presumas ponere tentam in substantiam stomachi. Sed ponas ipsam in
foramine sicco in musculo cooperiente ipsum stomachum et fac ipsam
penetrare usque ad substantiam stomachi quia usque ad superficiem eius.
Deinde post tres vel 4or dies vel quinque ut tibi videtur in/
carna locum istum. Recipe citoniam vinum thure masticam
quod sufficit et fac bullire et ista bullitura utatur. Sed
sumat vinum stipticum cum illa bullitura et multum in/
carnat. Item etiam aqua plantaginis multum incarnat cum thure
et mastice quia mastix specialiter habet confortare et incar/
nare stomachum et etiam cum isto potest curari. Item multum
valet etiam ablutio facta de vino et iam aliqui curati sunt per
illam viam. Item cauda equina pulverizata in hoc mira/
bilis ut voluit Galenus. Si modo vulnus venit usque ad medium

sbe oris sto. qd scies q cu saliua no emittit sanguinez neq cu vomitu exit est interioris periculi et sanationis certe erit tunc dico q debet curari sic immediate dcm est quare illic vide et curet tentaz vt dcm est ne tangat sbaz oris Et incarnet ille locus pro posse quanto cito potest

Vulnera istius loci vel istorum locorum s. epatis splenis et renum mortalia sunt vt dicit ypocras dicens vesicaz incisaz etc. galienus in co. et sic auicenna confirmat. quare de istis parum loquor / Signum q vulnus sit in epate est q vulnus sit in latere dextro sup costas mendosas. et a loco exit sanguis multus Signum vero vulneris in splene est q vulnus est in latere sinistro infra costas mendosas et a loco exit sanguis grossus melinus multus // Signum vero vulneris renum est q ab ipso loco exit sanguis aquosus et tamen hoc est locus et regio ipsorum indicat In cura ista habes tres intentiones s. purgationes dietaz et localia // Quantum ad primum fiat purgatio cum lenitiuis clistentibus et suppositoriis et aliis. quoniam largitas ventris est necessaria fiat flobotomia vel dimittatur vt apparuit operanti quare in hoc no pono nec do nec dare possum regulam 2a intentio completur vt dcm est sepe in aliis capitulis // 3a intentio completur hoc modo q si vulnus fuerit in regionibus epatis vel splenis et no in sbam sumitatem debes vt dcm est sepe vel incarnare et consolidare si sutura no fuerit necessaria Si modo vulnus fuerit in sbam epatis est mortale saluo q si fuerit in vna parte inferioris penule vbi no sunt vene. No est ergo mortale vbi sunt ille vene capillares nisi multus sanguis exeat Et generatio est ipsius sanguinis impediatur que fit in venulis illis Sed ergo vulnus fuerit illic et epar vel splen exiuerit intromittatur. et cum hoc factum fuerit fiat sutura in syphac et mirach et no impedias te de vulnere illorum membrorum q no requirunt operationem manualem Et talia vulnera relinquuntur operationi nature et mortalia iudicentur Facta sutura conueniens sutturaz cum puluibus incarnatiuis et stuppis balneatis cum albumine oui vel cum aliis vt tibi videtur. et consolida locum. Post autem et locus consolidetur sumat aquam decoctionis thuris et masticis et ponet eam in vino et oi modo quo post vtatur ea // Sed queritur modo aliquis. quid fiet de isto sanguine remanente intus syphac et intestina. Dico ergo q natura ipsum resoluit vel ipsum transmittit ad inguina et ibi nominum apostema facit / quare pro cura eius recurre ad primum librum q ad capitulum de bubone. Nicholaus pone sup locum maturatiua et munde locum et mundificatiua et incarna et consolida vt dcm est Et si natura no posset vnum duorum facere esset signum mortis et mirabilis loci et debilitatis nature Sit ergo in istis largitas ventris q maxime necessaria est cum clisteri vel cura Sit autem illa lenia et no fortia Et sic vulnera renum similia istis isto curentur vt dcm est //

Quia in ventre sunt due partes s. continente et contentes. prout in anothomia huius apparuit fuit declaratum Vnde aliquando vulnus fit in parte continente quandoque in contentis // Item vulnera ventris quandoque penetrant ad interius et quandoque sunt no penetrantes ad interius Et iterum quedam sunt talia q ab eis nihil exit de membris interioris et aliquando exit zirbus et aliquando intestina et aliquando zirbus et intestina Cause vulneris huius sunt extrinsece sicut lancea sagitta ensis et oe id qd est aptum perforare locum Signa q talia vulnera penetrent vel no habentur per visum et probatur Signum q zirbus est alteratus q videtur sba eius alterata et color eius est liuidus vel niger Signum q intestina sunt lesa et incisa est exitus stercoris ab eis Signum q sint subtilia vel grossa incisa sunt a loco. nam sup vmbilicum sunt subtilia et subtus vero grossa Et etiam in latere sinistro grossa et in dextro subtilia vt in anothomia videtur // In cura illa habes quattuor intentiones Prima est in purgatione 2a in dieta 3a in operatione manuali et in localibus. 4a est sumitate accidentibus // Primo ergo fiat flobotomia si no exiuit magna quantitas sanguinis et hoc si etas et virtus consenserit Et si no potest fiat scarificatio et sufficiet Purgatio fiet cum clisteribus mollificatiuis vt feces no indurentur et in aliis sis sollicitus 2a intentio completur cum debita dieta Vtatur ergo rebus frigidis vt farre miliio lactucis et aliis similibus dictis alibi et hoc si fuerit virtus fortis et hoc fiat donec fueris securus ab apostemate Si autem cessat debilitas tunc brodia carnium conueniunt et carnes edi pullorum et auium montanarum et similia // De 3a intentione et 4a no loquor q in dicto meo satis locutus sum in primo libro tractatu de vulneribus de cuius cura facit mentionem Auicenna quare sunt necessarie secundum te nore primi libri mentionem facit illic ergo vide Vnum tamen volo dicere hic q no dixi in primo libro // Accidit sepe cum homo cum lancea est vulneratus ex vtraque parte corporis et occurrens isti. debes considerare aspectum eius et fortitudinem eius et an sit febris et an multa contingant Si autem in omnibus bene se habuit iudica q neque intestina neque mezenterion nec vena kilis neque vena adorti neque nucha sunt lesa Et in isto casu debes bene locum incarnare Et debes bene locum cum vino stiptico lauare Et in isto vidi multos et audiui de multis q fuerunt liberati Et si sanguis remanet ad interius / natura ipsum resoluit et transmittit ad inguina et generatur illuc apostema vt dixi in primo capitulo eius Et isti tales semper sunt largi in ventre Et iam istum casum habui in manibus in vno de argillo q cum lancea fuit vulneratus et penetrauit lancea ex vtraque parte et bene curatus est et hodierna die viuit Si vero videris istaz penetrationez fore cum debilitate virtutis et cum febre Et cum aliis accidentibus malis. tunc iudica illud vulnus malum. Nam sagitta vel lancea aliquando tangit membra intrinseca et tunc mortale est / et aliquando no et illud est salubre contingentie sunt / ergo considera ista Vnde vidi ergo vnum hominem fore vulneratum cum vno gladio in ventre infra vmbilicum et no intrauit vulnus nisi ad locum intestinorum et in tribus diebus fuit mortuus Et no miror q omnia eius accidentia predicta fuerunt mala Estimaui ergo q aliqua vena in ventre esset fracta Et forsan q vene mesaraice fuerunt fracte et hoc ex magna habundantia sanguinis q vidi in ventre

Vulnera s. femoris et inguinis quandoque fiunt cum sagitta / aliquando alio Et vulnera istorum locorum quandoque fiunt in contentis membris. sicut in vesica et in matrice Et quandoque fiunt vulnera illa in continentibus sic in masculis et syphac continente intestina ne ad bursas testiculorum descendant // Signa q vesica sit incisa habentur per exitum vrine et per locum in pectine designatum Signum vulneris matricis est q a partibus inferioribus vt per vuluam exit sanguis et etiam locus hoc declarat qui est in femore Sed matrix non possit vulnerari a parte anteriori vel posteriori quin etiam no vulneretur vesica aut intestinum rectum. quoniam in anothomia vidi s. mulieris et propria manu feci / matrix collocatur inter intestinum rectum vnde dicit mundinus q intestinum rectum est culcitra matricis quare etc. Iudicatur ergo de vul/

ne vesice qm ipm sit mortale Vn dicit ypo. vi. affo.
vesicam incisam. ¶ In cura illa habes tres intenciones vt
in multis aliis capitulis e. dictum fiat flobotomia si opus fuerit et ventosas
etiam consulo vel scarificet vt tibi videtur. purgetur
cum lenitivo vel aliis medicinis lenibus vtatur sepe clisteribus
vel suppositoriis vt tibi videtur. Et breviter bene se habeat
in largitate ventris secundum quantitatem assumptorum et etiam plus vt
aliquid in superfluitate expellatur. Dieta infirmi bene
sit ordinata modo dicto donec sit securus ab apostemate Et etiam
in aliis rebus non naturalibus honeste se habeat de potu sepe
dictum est. Et de aliis que illa non recapitulabo. 3a. in
tencio completur hoc. Considerans primo an vulnus penetret an
non Si non penetrat et sit necessaria sutura tunc sue locum
et medicina modo dicto sepe Si non sit necessaria conductura
digeras labia et mundifices et incarnes deinde consolida
prohibeatur tamen ne in loco generetur apostema cum defensivis dictis
Si vero vulnus penetrat videas si vesica sit lesa an
matrix si mulier fuerit dum patiens supra tenens
ne intestina descendant ad bursam. Si vero vulnus pene
travit usque ad vesicam et fuerit cum lancea sagitta mollificantem
primo locum Et amplia locum si opus fuerit et ipsam extrahe
Et in loco pone vitellum ovi et oleo rosarum Cum ergo vidis
hoc vulnus quotienscumque in vesica iudica ipsum mortale quod
cognoscis ex signis in primo capitulo Et ratio que est mortale
hec est quia est nervosa et talia non recipiunt incarnacionem
que est 1a. 2a. quia urina est acuta cum ergo ipsa invenit foramen
non sine acuitatis semper dilatat illud. que prohibet conso
lidacionem Sed quamvis hoc sit racionale quod dictum est nihilominus pro
cedas In curam modo dicto racionali et cum modo et ingenio pro
cedas et intendas circa incarnacionem loci et in confortacione
ipsius Et prohibe etiam quantum posses ne in loco generetur apostema
Incarnativum sit hoc Rx. mell. ros. colati. lb. s. thuris
mastic. dragaganti ana. pulverizent et misceantur Conforta
tivum est hoc Rx. boli ar. cum ro. et parum aceti et locus circumquaque
inungatur ¶ Et nota quod in ipso vulnere neque circa ipsum vulnus
non ponas oleum pone quia omne oleum nutrimentum conditionis sit
impedit consolidacionem Et ex hac causa vitatur oleum ros. omni tempore
in vulnere vesice Et ego etiam dico quod iste respiciat se a po
tu quantumcumque possunt ne urina multiplicetur. quod est causa prohibens
consolidacionem Et a diureticis etiam quia sunt causa multiplicacionis urine
Et potus eius sit stipticus Et in potu suo vtatur decoctione mastic.
Et vtatur etiam cauda equina que multum incarnat et vino ci
toniorum et aqua endivie et mirra etiam sine speciebus Et syrupo
etiam de mirto et zuc. ros. et similibus vnde dicit gal. No. sim.
fac. Cauda equina est utilis in ulceribus intestinorum stomaci et ve
sice Et auicenna posuit ipsam in 2o incarnativam et cum medi
cinis incarnativis numerat Dico etiam quod cum syringa post pro
hicias vinum stipticum et decoctionem thuris usque ad interiora
vesice Et puto quod hoc erit valde utile. non dubito ego
quod illa duo prohibent prohibita et similiter multa alia Et vide per te
Et nota quod dixi quod debes procedere in cura illa licet videris
urinam egredi per hoc vulnus et reputant mortale est et hoc quando
ex dubio tibi vulnus potest esse in collo vesice incarnacionem
recipit et curacionem que fac vt tibi dixi cum pronostico tu
tuo scilicet quod tu times illum non liberari Et ego vidi virum
qui voluit vindemiare super salicem unum et cecidit de sali
ce et intravit virum lignum quod erat ligatum cum una vite
bene per spannam cum dimidia Et fecit foramen prope anum
et ex isto foramine exivit aquositas Et breviter feci quod dictum
est et curavi ipsum et omnes mirati sunt Erat ergo vulnus in col
lo vesice Si vero vulnus in matrice tunc locus melius potest consolidari
quia matrix est magis carnosa quam vesica vt in anothomia vi
et vidi que non ita pronosticum debes ¶ In isto casu ergo
procedas per omnia vt dictum est in vulnere vesice videlicet circa

incarnativis localibus et localibus quibus illic vide. Si autem ex
parte quod sit continens intestina vulneratum fuerit quod scias
ex descensu intestinorum inferius tunc conari debes ex
parte reducere si possibile fuerit cum sutura bene forti Et
ego dico quod in isto casu debes facere ipsum iacere supinum cum
capite depresso et cum pedibus altius ne locus sit subtilis ab
intestinis opprimatur quia compressio potest esse causa quod locus non consolidetur
nec incarnetur. Hoc pacto super loco pone pulverem
conservativum et incarna modo vel modis dictis sepe Et isti
tales semper habeant ventrem largum quod utile est semper dictum
consolida locum modo dicto.

Quia vulnera testiculorum virge et vulve nihil
habent proprium ab aliis vulneribus membrorum carno
sorum de eis propriam facio mencionem vt est notum. Signa
istorum vulnerum per visum satis nota sunt In cura ista habes
tres intenciones. Prima intencio completur cum purgacione ventris cum
medicinis mollitivis vel cum clisteri vel alio modo vt tibi videtur
Flobotomia fiat de vena communi vel epatis si mulier non sit in loco
Si in loco sit fiat de cavicula pedis scilicet in parte domestica
quia illa evacuat de locis illis. 2a intencio completur etiam modis dictis
quod respiciat se a cursibus et a vino Et ab aliis multiplicantibus
sanguinem donec sit securus ab apostemate Et in aliis rebus
non naturalibus bene et honeste se habeat Et specialiter in motu
3a. intencio completur hoc. Considera vulnus et vide si indige
at sutura an non Si indiget sutura conivas partes et
suturam consue modo dicto et in aliis fac vt dictum est pluries
Si autem vulnus esset non indigens sutura Tunc prima visita
cione impleas vulnus cum oleo ros. et vitello ovi et hoc fac
per unam diem vel duas et hoc verum est si tu occurreris in principio
vulneris Deinde postea pone terbentinam cum vitello ovi
usque quo locus saniet. Deinde ponas extersivum si fuerit
opus de melle ros. et fa. or. et terbentina Deinde si caro
fuerit mollis cum unguento apostolorum deinde incarnet et consoli
detur. Si autem vena esset incisa consolida eam sive constrin
ge vt sepe dictum est etc.

Hec vulnera scilicet tinche et sua non sunt timorosa
multum nisi propter magnitudinem membri et
nervositatem et propter lesionem ligamenti propter cuius lesionem se
quitur in fine curacionis sepe claudicatio ¶ In cura illa
habes tres intenciones sicut et in aliis que non recapitu
labo. Prima intencio completur cum purgacione et flobotomia si videtur
necessaria operante Largius sit tamen in ventre. 2a intencio
completur cum debita dieta donec sit securus ab apostemate
Et in aliis honeste vivat Et sit dieta frigida Et sit potus
aqua or. 3a intencio completur hoc modo Considera si vul
nus indiguerit conductura et conivas partes et fac suturam
duplicatam secundum tamen profunditatem vulneris quod vulnus possit
esse tam superficiale quod sutura conducta sufficeret Et in aliis
fac vt dictum est Si vulnus non indigeat conductura tunc
considera si factum sit cum sagitta vel alio modo In vulnere ponas
vitellum ovi cum terbentina Et in aliis fac vt dictum est
sepe Si vulnus fuerit cum sagitta et intravit os cum
ingenio extrahe mollificando ergo primo locum cum oleo ros. ca.
et dilatato vulnere si opus fuerit Prima extrahe impleas
vulnus prima visitacione cum vitello ovi et oleo ros. mixtis
Et circa locum ponas boli ar. cum succo solatri vel semper
vive vel endivie cum pauco aceti In 2a visitacione
ponas in vulnere et super vulnus mundificativum tale quod
maxime removet dolorem Rx. mell. ros. lb. s. fa. se
minis lini feni greci ana ʒ ii. medull. or. ana ʒ i. mi
sceantur sil. Pro quo nota quod in illo vulnere istius loci totam

Intencio sit in istis duobus s. in prohibendo apa et in prohibendo dolorem qui in illo vulnere non incidit dubium nisi per hec duo. Deinde hoc pacto mundifica locum et consolida secundum necessitatem et disposicionem loci etc.

Vulnera coxe redduntur timorosa propter lacertos multos et musculum illic existentem a quo oritur corde venientis et facientis ad motum cruris et pedis. Ad cuius composicionem veniunt a cerebro nervi portantes compassionem doloris inducti a vulnere loci ad cerebrum a quo compassione dolorosa sepe advenit spasmus. Et vulnus hoc est timorosum propter venas et arterias coxe a quibus cum egreditur sanguis propter institucionem earum cum difficultate constringitur. Et si non constringitur infallibiliter sequitur mors. Et ego dicam tibi illud quod ego vidi in eo. Et primo quia dixi quod a musculo illo coxe oritur corde facientes ad cruris et pedis motum. Narrabo tibi illud quod ego vidi. Nam vidi unum non peritum in cirurgia qui accessit ad unum suum amicum qui habebat pustulam inflatam silvestri parvam infra genu et ait illi Ego volo te liberare. Et ille confidens se de illo dixit sum contentus. Ille autem imperitus cepit ruptorium in magna quantitate et posuit super locum nec scivit regulare ipsum et breviter combussit totam carnem et cordas venientes a musculo coxe et transeuntes ad musculum cruris et cum hoc alteravit ipsum os et statim cecidit pes nec ipsum elevare potest nec ducere potest ipsum sursum nec deorsum nec mirum quia pes et genu et alia membra moventur motu voluntario et quia talis motus fit mediante musculo et cordis cum ergo unum illorum instrumentorum deficit et motus deficit etc. Vidi etiam multos qui habuerunt incisionem retro in musculis coxe et cecidit pes quia nervi et ligamenta venientia ad locum inferiorem fuerunt incisa. Dixi 2o quod ad eius composicionem veniunt nervi portantes passionem doloris inducti a vulnere. Ergo illud dicam quod etiam vidi unum stipendiarium qui habebat unum cutellum parvum. Et breviter iste gladius dum incideret unum parvum lignum cecidit cum puncta super genu bene per tres digitos et perforavit parum pellem secundum apparentiam. Iste autem nihil curavit de isto vulnere parvo et stetit ac si nihil esset. In fine autem 4or dierum incepit ille dolere et taliter processit ille quod pervenit ad spasmum. Et breviter amisit ille motum illius genu. Et stetit per menses et menses antequam liberaretur. Et hoc non fuit propter aliud nisi propter nervum illum vulneratum. Dixi 3o quod illud vulnus fit timorosum propter venas et arterias transeuntes per ipsum. Vidi etiam et fui in cura ipsius dum fui iunior et breviter fuit vulneratus cum sagitta in medio coxe sic quod una vena fuit fracta. Et ego cum uno magistro meo fui in cura illa. Nos autem non potuimus restringere venam illam neque cum pulveribus neque cum cauteriis actualibus neque etiam potencialibus neque aliquo modo. Et breviter ex magno fluxu sanguinis mortuus est homo ille. Omittens ergo cura illa venio ad curam. In ista ergo cura habes tres intenciones ut sepe dictum est. Prima completur cum solutione ventris fractionum medicinis vel clisteriis vel alio secundum necessitatem et humorum corporis dominium. Sit ergo largus donec sit securus ab apate. Flebotomia fiat si magna quantitas non exivit et si etas et virtus consenserit. Et ventosaciones fiant in natis si opus fuerit. 2a intencio completur hoc modo. Dieta illorum semper declinat ad frigiditatem. Utantur ergo cucurbita farre spinachiis et lactucis. Et si illi fuerint debiles utantur carnibus alteratis cum cucurbita lac-

Sit vero quod est
magnum nocumentum
quia musculi mediante
quo fit motus volu-
ntarius

tuca vel portulaca. Vinum eius sit limphatum cum aqua cocta. Vinum granatorum etiam in hoc valet. 3a intencio sic completur. Consideres primo si vulnus fuit magnum vel parvum. Si ergo fuit magnum et indiget sutura conducas partes distantes cum sutura et super suturam ponas pulverem consolidativum ipsius suture et dimitte in parte decliviori os vulneris apertum per quod sanies vulneris exsiccetur vel mundificetur. Et in ore illius vulneris prima die ponas vitellum ovi cum oleo rosarum vel terbentina vel cum fa. or. et in crastinum modo dicto pluries. Si autem vulnus fuit profundum valde sic quod musculus fuit incisus ex transverso et nervi. Tunc dicit Avicenna quod non debes suere et verum est quia illi musculi semper retrahuntur et elongantur ab invicem in parte inferiori. In superiori autem parte racione suture se constringunt quare in parte inferiori non incarnantur et illic retinentur superfluitates. In parte autem superiori conglutinantur. Quare est necesse in processu locum aperire. Ne ergo hoc accidat precipit quod in tali casu non fiat sutura. Si modo nervus fuit incisus dicit Guil. de Salice(to) quod debes suere nervum propter raciones deductas in primo huius tractatu de nervis. Et ego dico etiam quod cum acu debes capere carnem et non nervum. Et in tali sutura debes coniungere bene partem nervi incisam cum alia parte racione cuius tactus inviscatur a natura una pars cum alia. Quare fuit una pars nervi et alia pars incidit medium extraneum. Ita parvum quod adhuc spiritus animales per partem poterunt ad illam partem nervi transire quare illud membrum poterit habere suas operaciones et specialiter quantum ad motum et sensum. Et considera bene istum modum quia melior est illo Guill. Si vero nimius fluxus sanguinis te impediat primo et prima visitacione constringe ipsum cum rebus et modis dictis supra in capitulo de vulneribus colli et etiam in primo libro in capitulo proprio. Facto hoc sine locum quod sanguine constricto et in aliis fac ut sepe dictum est. Nota tamen quod non debes esse ausus in locis nervosis si vulnus fuit profundum sine amplius ponere tentam que attingat sive tangat nervum. Immo ipsam pone circa orificium vulneris solum ne os vulneris claudatur. Nam ex tactu nervi vel profunditate tente usque ad profunditatem tangitur nervus et fricatur ex quo tactu et fricacione causabitur dolor in loco et currunt humores ad locum et apostematur locus et forsitan sepe post sequitur mors. Si vero vulnus sit parvum quia non latum considera modo si multum penetrat vel non. Si non cura ipsum ut sepe dictum est. Si autem multum penetrat considera si os est fractum vel non vel si vulnus penetravit membrum vel non. Si autem vulnus sit profundum et os fuit fractum cum telo vel alio modo cura per tunc est difficilis valde et difficillima et longa et non est sine periculo magno et tedio magno et labore. Quare ergo conducas partes ad invicem s. ossa et conglutinentur. Et non negligatur vulnus ne sanies penetraverit inter ossa illa racione cuius impediretur conglutinacio. Dieta eius sit valde stricta etiam quies sit valde magna et hoc sit donec sis securus ab apate. Hoc facto consolidetur vulnus. Et si contingat locum apari ut sepe vidi in coxa et brachio. O quantum tedium et quantus labor in talibus non conglutinatur ad invicem et est necesse tunc ipsa frustra extrahere et non consolidatur locus quare modus iste sepe parat fistulam. Tres ergo morbi sunt complicati s. fractura ossis vel ulcus et apa. Dico ergo ut dixi in primo huius recurre illic pro maiori noticia quod primo a loco debet removeri apa et modum habuisti supra in loco allegato. 2o dico quod illa frustra ossis debet removeri quia vulnus debet dilatari. Et quanto illa ossa tardius extrahuntur tanto levius extrahuntur quia ossa illa non habent nutrimentum quanto maiorem moram faciunt in loco tanto illa a carne magis separantur. Quare facilius extrahantur et cum minori dolore et hoc sum sepe expertus. Et modum extractionis ossis habuisti in fine

primi libri m° capitulo que hic admitto Parto hoc deinde
debes locum mundificare et incarnare cum locionibus et pul
ueribus et unguentis secundum oportunitatem loci Et de hoc non
plus loquor Si uero uulnus fuit primum et penetrauit
membrum ex utraque parte et uena non fuit tacta tunc precipe illi
dietam magnam et quietam magnam et pone tentas paruas
ex utraque parte balneatas in oleo ro. et uitello oui in primo
deinde sit balneata uel infusa in terbetina uel alio° ut e
nec uulneribus et incarna cum stuppis balneatis in albumine
oui et pone defensiuum circa locum ne uulnus apostemetur In pau
cis autem diebus incarnetur Et sepissime habui coxam cum ba
lista penetratam et cum telo et curaui hunc modum et bene
successit michi Cum foramen sit strictum et continuum tunc non
presumas per uiam primam intentionis curare quod incarnare Et
iste unus est de casibus quibus non debes incarnare nominatus
in p° lib° tractatu de uulneribus primo modo ergo si tu occurris
curatio tamen primo primam et 2a intentione uulneris fluxum san
guinis stringe Et 2a visitatione ponas tentas balneatas in
vitello oui et oleo ros. deinde procedas cum terbetina et
oleo ros et vitello oui Et hoc donec sis securus ab apostemate
Et non obliuiscaris quod circa locum fiat defensiuum de bolo etc.
vel aliud de succis herbarum Deinde procede cum mundificatiuo facto
de melle ros terbetina et fa. lupinorum Et fiat si opus
fuit mundificatio cum unguento apostolorum et forte erit melius
Deinde locus consolidetur Si tamen accidit quod locus apostemetur tunc
cura apostemationem sicut dictum est supra in m° de vulnere adiu
torij quare illuc vide 2°

Vulnera genuum quia habent maiora ossium liga
menta et cordarum et neruorum et infiltrationem
corporis sunt in bassiori loco aliorum membrorum ad que propriores
descendunt humores Ideo vulnera illius loci sunt periculosiora
vulneribus coxarum et tybiarum quod considerans Auicenna dixit
vulnera que incidunt in genu apud rotulam sunt mala et ad ea
sequntur accidentia mala a quibus pauci liberantur Nota est

vide ...

quod continuantur in genu quidam nerui nobiles venientes
a cerebro et nucha ex vulnere quorum sequitur dolor in
tollerabilis cito ad quem sequitur aliquando mors vel spasmus
Et aliquando ita debilitatur membrum quod non potest defendi cur
sum humorum Et per consequens non potest prohiberi apostematio loci Et
tunc huius causatur rigor qui arguit sparsionem materie ma
le super totum ad quem sequitur sepe mors a febris Nonne
vides tu quod si percutias genu cum aliqua re causatur dolor
ita magnus et in tantum quod apparet illi mori Et non est
hoc propter aliud nisi quod illi nerui vel corde contunduntur
Etiam vidi sepe quod aliquis percussit genu in aliqua re vel
percutiebatur et non sequitur dolor et hoc non est propter aliud ni
si quod nerui illi vel corde non contundunt tunc Intentio
illa habes tres intentiones sicut alias sepe dictum est Prima
completur cum solutione leniti vel clisteribus Et ergo semper
largius ne humores fluant ad locum 2a intentio comple
tur modo dicto sepe quod utatur dieta frigida donec sit securus
ab apostemate Et 3a intentio completur hoc modo videas primo an
vulnus an vulnus indigeat conductura vel non Si indi
geat conducturam suere locum et dimitte partem decliuiorem
apertam ut sanies posset expirare et in aliis fac etiam
ut dictum est sepe Pro quo non omnium generale quod in talibus
vulneribus que fiunt in locis ossuosis debes antequam partes conduntur
imponere digitum et palpare si os sit incisum vel non
si non sue tute Si sic videas si os sit separatum per partem vel
secundum totum Si secundum totum extrahe ipsum Si fuit separatum
per partem tunc sue locum et comprime ipsum os et incarnabitur

Si tamen frustra parua essent que non adhererent remoue
antur Deinde suatur et incarnetur modo dicto Si autem
vulnus fuit strictum factum a sagitta vel telo vel alia
re acuta sine fuit vulnus usque ad os sine non ext
hatur ipsa sagitta obseruatis regulis superius dictis de modo
extractionis et in illo loco non possimus ponere tentam ni
si in orificio vulneris ne locus claudatur Et in vul
nere tali ponatur oleum ros calidum quod sua oleaginitate
dilatat vulnus ne claudatur et etiam hoc sedat dolorem
confortat locum Ponatur ergo tenta parua in orificio vul
neris balneata in oleo ros quod oleum supplet locum tente
Vaz ex profunditate illius tente in vulnere propter neruosi
tatem eius si tangitur ex tenta statim fiat dolor ad
quem sequitur accidentia superius dicta infallibiliter Fa
cias ergo illud quod dixi cum tenta et oleo donec sis
securus ab apostemate Et non obliuiscaris quod defensiuum
ponatur circa locum post securitatem apostematis procedas
cum mundificatiuo facto ex melle ro. terbetina et fa.
ordei Et potes addere parum olei ros Et forte erit
valde utile Si post mundificationem caro rema
neat mollis ratione olei vel unctuosa tunc remoue eam
cum unguento apostolorum et post exsiccationem et mundificationem
incarna et consolida

Vulnera cruris parum differunt a vulneribus
brachij Nota tamen quod in superficie cruris sup
focile illud in parte anteriori reperiuntur lacerti
neruales descendentes a genu in medio et a cerebro vnde
quando vulnus fit in loco illo cum sagitta vel sitibus pe
riculosum est et sepe moriuntur Vidi ergo vnum qui ibat
venatum et percussit tybiam in vno loco ligno et vulne
rata est ibi et cucurrit tantum de materia ad locum quod locus
ille fuit totus putrefactus et cancrenatus et breuiter mor
tuus est et visitaui ipsum bis et non amplius Nonne
vides ergo quod si quis percusserit tibiam in aliquo loco cau
satur dolor intollerabilis et hoc non est propter aliud nisi
quod neruus conquassatur et aliquando fit percussio magna
in tybia et non causatur dolor in ea et hoc non est propter aliud
nisi quod neruus ille non tangitur nec conquassatur
In cura illa habes tres intentiones sicut iam sepe dictum
est Prima completur cum solutione ventris et clisterijs et
suppositorijs Sint ergo isti semper largi in ventre
ne materia ad locum currat Fiat flobotomia de basilica dextra
vel sinistra secundum locum vulneris Considerata tamen virtute
et etate et fluxu sanguinis a vulnere 2a intentio comple
tur hoc .s. in dieta frigida et hoc sis securus ab apostemate
3a intentio completur hoc modo Considera si vulnus sit la
tum vel paruum si latum conducas partes ut sepe dictum est
Si tamen forte esset incisum aliud modum debes tenere
quem in scapula m° dictum Si vulnus sit paruum quod strictum
et fuit factum a sagitta extrahe ipsam Et si intrauit os
mollifica ipsum cum oleo ro. calido posito in orificio vul
neris et fac ut in aliis sepe dictum est Extracta sagit
ta pone in loco tentam infusam in oleo ros et circa os po
ne defensiuum de bolo vel de succis herbarum frigidarum
Et postquam dolor separatus fuit et securus fueris ab apo
stemate tunc in loco et super locum pone hoc mundificatiuum
Rx. mell. ros. etc. terbetine et farine or. et ex istis
fac vnguentum Si tamen carnositas illa esset vulnerata sic
quod vulnus penetraret usque ad vtrumque latus tunc fac per
omnia ut dixi in m° de vulnere coxe In parte correcte ista

Sicut in principio facta fuit mentio de incisione
istorum ossium et non de fractura licet supra

aliquid sit tactum de fractura cum vulnere quod tamen in hoc
loco illud capitulum debuit principaliter situari Compel
let tamen aliquid dicere remittens ad illum locum pro cla
riori notitia Dico ego breviter quod incisio focilium et
adiutorii aut est completa sic quod totum focile vel totum ad
iutorium sit incisum vel non Si non tunc manu vi
deas si alique frustule ossis sint remote Extrahe
ipsas frustulas Deinde extergas vulnus bene a sanie
hoc facto capias labia vulneris et coniungas ad invicem Et
incarna modo dicto sepe et cum defensivo defende ne lo
cus apostemetur et in aliis fac ut sepe dictum est Lanfrancus
voluit hoc primo voluit ipse quod primo os resparetur
deinde incarnaretur Et guillelmus Theodoricus et albucasis
et henricus voluit modum predictum quos ego sequor Et
ego habui sepe vulnus in focile et in adiutorio brachii
cum incisione ossis et feci ut dixi vobis et mihi bene
successit Et habui semel in digito manus unam incisio
nem cum remotione partis ossis et ego recepi labia remo
to osse et ego sui et feci incarnatio illius carnis
cadentis virgentis os cum osse Et isti omnes hodierna
die vivunt et non novo eos gratia brevitatis Si modo
focile vel adiutorium est totaliter incisum et excat me
dulla tunc indiget illud incole et utrum pluribus incidetur
membrum fiat primo sutura ut dixit doctor aliquis
deinde ipsa facta capiatur pannus duplicatus et ponatur
in albumine ovi et supponatur et non vulneri Deinde
fiat ligatura et incipiat in fine membri revolvendo
usque ad prope vulnus Et cum fuerit prope vulnus facias ipsam
transire per partem oppositam vulneris deinde ascendat liga
do versus corpus Et iterum revertatur binda ad partem in
feriorem quousque sit prope vulnus Et iterum faciat ipsam tran
sire per partem oppositam super aliam Et veniat ad locum
in quo incepit et fiat cum suo principio et sic mane
bit vulnus discoopertum et invenite et ponatur taliter quod
non cooperiant vulnus et ligentur cum bindello In quo
ponatur cannule ille et revolvatur Et sic in quolibet
bindello ponatur una cannula et revolvatur et stringa
tur illo modo et non dissolvatur nisi prius sit curatus
nisi dolor vel apostema vel pruritus compellat nos Cum
quo succurratur dictum est in primo libro sermone com
in pluribus locis Et cum tu feceris hoc stuppatas bal
neatas in albumine ovi pone desuper et mutes ipsas
bis in die Et in foramine quod dimittas captum po
ne tentas infusam in oleo rosarum et vitello ovi Postea
cum mundificatum predas prohibe g° in loco generationem
saniei quantum potes Deinde in aliis fiat ut sepe dictum
est Nota tamen quod antequam illa fiant tunc prime intentiones
debent precedere primo fiat purgatio cum medicinis clisteribus
et suppositoriis vel cum vetos secundum necessitatem 2° sit
dieta debita secundum tamen necessitatem infirmi.

Cum vulnerantur navicula pedis cum sagitta
vel alia re infert maiorem supra fracturam ex
duobus primo ex natura sue compositionis quia quorundam ossium et
nervorum unio ad iuncturam et ad foramen eius Sunt
enim ibi multa ossa unum vocatur navicula alium
os calcanei deinde sunt tria ossa propria quando cum leduntur
ex vulnere magno vel parvo amittunt positionem natu
ralem propriam quare formam amittit Quod forma et positio
restaurationem non recipit Et si recipit tamen difficulter
recipit eo quod medicus non potest ea pertractare ratione pravitatis
corporis et ratione occultationis eorum 2° propter unum magnum
nervum in loco illo positum mediante quo ossa illa

cum ligamentis ad invicem continuantur et motum et sen
sum recipiunt Tamen cum locus leditur per vulnus locum inducitur a
lesione illa nocumentum in membro quod cum difficultate a me
dico removetur vel male removetur In cura ista habes tres
intentiones sicut in aliis est dictum Prima completur cum eis sicut in aliis
sepe est dictum 2a completur cum debita dieta et breviter sit frigida
donec sit securus ab apostemate Si autem infirmus est debilis utatur
carnibus conditis cum herbis frigidis 3a intentio completur hoc modo Consi
dera si locus iste indiget consutura partium conducas partes sicut
iam dictum est de sutura Et si nervus fuerit incisus conducas
ipsum modo dicto in capitulo de vulnere coxe et comprima suturam cum
pulvere dicto et stuppis balneatis in albumine ovi Et si alio modo
incarnaveris quod cum stuppis dimitte foramen apertum in parte
declinori si opus fuerit et in alio foramine ponas vitellum
ovi cum oleo rosarum vel terbentina cum oleo rosarum quousque dolor
est remotus Deinde procedas ut in aliis est dictum Si modo vulnus
sit strictum quod factum cum sagitta vel alio primo locum cum oleo rosarum
calido et in illo loco non presumme incidere pellem eo quod nervi
isti sunt valde insiltrati in loco illo et superficiales ne incidatur
ex transuerso nervi isti qui sunt nervi ad motum et ad sensum
facta mollificatione extrahatur sagitta et impleatur locus ex oleo
rosarum calido ne vulnus claudatur nec aliquo modo audeas profundare
cum tenta ratione illius quod dictum est supra in capitulo de vulnere femoris
quod profundatio illa possit esse in apostemate Cum autem fuerit se
curus ab apostemate tunc mundifica locum cum melle rosarum calido cola
et farina ordei et continue ponatur defensivum usque ad perfectam
consolidationem totius loci Et ratio est quod ista sunt membra depau
perata a calore quia maxime a corde distant et est quod sunt macu
lata multis quare necessarium defensivum Facta mundificatione
incarnetur et consolidetur.

Vulnera illa pedis non sunt periculosa nec inferunt
periculum nisi propter dolorem et apostemationem Ad quam se
quitur aliquando rigor et febris et spasmus propter lesionem me
brorum venientium a nucha et a cerebro ad illum locum
Et propter affinitatem illorum membrorum si dolor in eo continuetur
posset sequi spasmus et per consequens posset sequi mors In
cura illa habes tres intentiones sicut etiam in aliis est dictum
Prima completur cum debita purgatione secundum modos sepe dictos
Et cum flobotomia facta de parte opposita observatis conditionibus sepe
dictis et scarificatio fiat in naticis secundum quod videtur operanti
2a intentio completur etiam cum dieta que sit frigida et cum potu
frigido donec sit securus ab apostemate nisi virtutis debilitas
te impediat 3a intentio completur hoc modo Videas primo si
vulnus sit latum vel non si os non sit incisum et nervus sic
conducas partes ut dictum est in capitulo de vulnere coxe Si non
sit incisus eodem modo conducas partes et comprima suturam et
fac ut in aliis dictum est Precipias autem ut ille pedem elevatum
tunc teneat ne humores ad locum fluant Et circa locum ponatur
defensivum et cum istis curabuntur tales Et isti tales semper
largi sint ventre cum clisteri vel suppositorio Et nota hoc
generale quod in casu in quo infirmus nollet clisterem sicut sepe
reperitur tunc continuo ego dare pillulas rotes que acuate sunt
cum parum scamonee et agarici et pro certo melius operantur
quam clistere Si vulnus non fuerit modo latum sed strictum fuit cum
sagitta vel alio extrahe primo sagittam secundum modum supra
dictum Si vulnus penetrat ex utraque parte tunc incarna
ipsum ut in capitulo de vulnere coxe dixi Et ego habui unam
puellam in burgo galerie que penetravit semetipsa
sibi pedem suum cum uno veru cum quo assantur carnes Et
breviter curavi ut dixi et mihi bene successit Si modo
sagitta non penetravit extracta sagitta impleatur locus
sive vulnus cum oleo rosarum et in orificio vulneris ponas

tentam primam ne ortificium claudatur. Et non pone
tentam propter causam supra assignatam. Et defensivum semper
ponatur super locum vel circa de bolo ar. vel de succis her
barum frigidarum vel de oleo mirtino et ros. quia illa operantur.
Postquam hoc mundificetur si opus fuerit cum melle ros. et fac or
dinem incarnet et consolidet ut sepe dictum est.

Si canis vel aliquod aliud animal mordeat ali
quem. Considera primo dispositionem canis, si rabidus
fuerit vel non, et tunc secundum dispositionem cuiusmodi
cum aliis predictis. In cura ista habes tres intentiones sicut
in aliis sepe dictum est. Prima completur hoc modo. Si morsus fuerit
quis a cane vel ab equo vel azino vel hiis similibus et
non sit canis rabidus, purgationes facias cum solutivis vel
lenitivis vel clisteriis secundum tamen dispositionem patientis ut sepe
dictum est. Si tamen canis esset rabidus noli dare medicinam
solutivam attractivam ne venenum trahat per corpus. Sed
medicina sit solutiva velut cassia et clisteria fiat. Et sit
per eandem rationem ne fiat flxa. Et quia signa supra in primo
libro posui in uno capitulo, ideo hic non repono. Et pro supplemen
to istorum capitula illa recurrant ad iuncte. Secunda intentio
completur hoc modo. Si canis fuerit non rabidus vel fuerit ali
ud animal non rabidum tunc dieta eius declinet ad fri
giditatem donec sit securus ab apostemate. Et vinum eius sit lim
phatum. Si autem canis fuerit rabidus utatur ipse carnibus
pullorum elixatis cum agresta vel cucurbita vel cum lactu
cis. Carnes etiam edine convenient vel castrati et perdicum
talis caliditate. Et bibat ova sorbilia et vinum eius sit al
bum odoriferum limphatum tamen, et hoc totum fit ut spem
gaudium generet. Unde Avicenna primo quarti tractatu de febre pestilenti
precipit tales bene cibari et frequenter propter causam dictam.
Et in cibariis ponatur de isto pulvere. Recipe cinamomi car
damomi croci ana. Prima intentio sic completur. Si canis
non sit rabidus tunc valet hoc emplastrum ut dicit Guill.
quod removet morsure maliciam. Recipe unum cepe pistetur
et incorporetur cum ʒ j scordeonis et cum ʒ j s. furfure
salis olei ana ʒ ij ros. ʒ iij fiat emplastrum. Aliud.
Recipe cepe unum sal. ʒ ij olei ʒ j mell. ros. ʒ ij mis
ceantur et fiat emplastrum. Circa locum autem semper ponas de
fensivum sepe dictum. Hoc facto mundificetur et consolidetur sepe
locus. Ego autem habui in una cura morsus equi asini
et canis, et uno tempore istos curavi. Et in morsura ca
nis que erat in brachio pressi cum defensivo de bolo et
oleo ros. Et in vulnere apposui primo vitellum ovi cum terbe
tina, deinde mundificatum et mihi bene successit. In illo
autem morsu ab equo feci istas duas intentiones primas et po
sui defensivum et non potui aliquo prohibere apostemationem,
tanta fuit morsura illius equi, et fuit tanta quod unum
frustum ossis fuit extractum. Et vacavi in apostematis re
motione cum unctionibus et emplastris, quod emplastrum fuit de
farina or. et lentium ana et ros. et de pinguedine ana cum
oleo ros. et remotum est apostema. Postea pressi cum terbe
tina solum, deinde mundificavi et curatus est. Iste enim
morsure equi sunt veluti contusiones quia dentes sui non inci
dunt primo, contundunt et conquassant. Illum autem morsum ab
azino non habui a principio. Ille autem habuit tibiam ab
azino dilaceratam et unus empericus in ipso suturam fecerat
et totus locus fuit cancrenatus. Et non debebat ipsam suere
quia regulam habes in primo libro quod in contusione non debes
suere. Illa autem pellis erat dilacerata et contusa et
ut cancrena curavi illum locum. Prosequor modo

In cura isto parto quia emplastro illo posito supra
locum debes mundificare, deinde incarnare et con
solidare. Si autem canis fuerit rabidus procedendum est ut
dicit Gal. tertio terapeutice. Dixit enim quod a fera pungente
vel mordente dolor fit. Contingit duplex esse curationis intentio.
In evacuare et extrahere venenum et alterare quod dolor
operatur. Veneni autem omnia que calefaciunt et sua calefactione
extrahunt vehementer evacuant, quemadmodum ventose
et in carne cum quibus aliqui operantur. Quidam attrahunt
ad se venenum sugendo per os ipsum. Aliqui autem cauteri
zant locum ut malicia veneni removeatur cum ferro igni
to. Alii deplumant pullos vel aves in anum et super
locum apponunt. Et si moriuntur dicunt venenum fuisse
extractum. Item bibat omni mane ut dixit Guill. usque
ad mensem talem potionem. Recipe gentiane ʒ v thuris
ʒ j cineris cancrorum adhustorum ʒ x terantur et cri
bellantur et detur de mane cum aqua frigida. Item valet hoc
emplastrum. Recipe mirre galbani oppoponaci asse fetide
sapini piperis ana ʒ s. mentastri calamenti ana ʒ j
stercoris columbini arietis ana ʒ ij. Dissolvantur gumme
cum vino et incorporentur omnia cum melle et oleo antiquo
et fiat emplastrum. Et in hoc capitulo non loquor nisi ut cirur
gicus. Et si ut phisicus videre volueritis sequere Avicennam in
sexta et rabi moysen qui ipsi plene de omni veneno menti
onem fecerunt, unde ergo vide eos per te.

Quia superius fuit facta mentio de punctura et
multa illic sunt dicta hic parum loquar remittens
te ad illum locum quia ad primum librum tractatum de nervis
quere, est utile sepe ut capitula ad iuncte requirantur. Et quia satis
facta est mentio de incisione nervorum et de nervo dis
cooperto hic de eis nihil dicam. Cum perforatio facta est
cum spina sic quod foramen est clausum sic quod non appareat
timorosa est quia propter dolorem humores currunt ad locum
et apostematur locus ad quod apostema sequitur sepe destructio membri
secundum totum vel secundum partem et hoc sepe visum est. Et pun
tura nervi fit etiam dolor quia humores currunt ad locum
et spargunt per membra et imbibunt nervus. Et ex continu
atione nervi cum cerebro cerebrum compatitur et debilitatur
et recipit humores. Observatis igitur premissis duabus intentioni
bus scilicet debita purgatione et debita dieta, venio ad loca
lia. Dico ergo quod tu debes aperire puncturam cum oleo vel
cum ferro vel cum aliquo. Invenio tamen dubium utrum oleum
debeat poni in vulneribus nervorum vel non. Et in hoc
casu invenio duos modos dicendi. Unus modus est qui dicit
quod oleum debet poni in vulneribus nervorum et est Guill.
Alius modus est qui dicit quod oleum non debet poni in vulneri
bus nervorum et fuit Dynus et videtur Avicenna etiam dicere
et Guill. Nos autem cum subtiliori consideratione ponimus et
posuimus temporibus longis in principio illarum puncturarum frigidarum
in membris nervosis oleum ros. Et hoc quia oleum ros. habet
oleaginitatem qua dilatat et potest calefieri actu qua
caliditate penetrat et stipticitatem suam confortet ne membra
superfluitates recipiat, cuius ratione dolor removetur. Et
subdit per rationem hoc corporis que dicunt quod oleum malum est
in vulneribus nervorum eo quod eos corrumpit et marces
cit. Sed confitendum est quod longus usus usque ad finem
vulneris bene mollitiem suam totam induceret mollitie
in nervis quo corrumperentur. Ista sunt dicta Guill. Et opinio
Dini fundat se super hoc quia Avicenna dicit liquefac
tione nocet et sit calidum et sit oleum aliquod. Dixit
Dynus ex hac littera quod oleum non convenit quia putrefaciunt

salvo q in mitigatiõe doloris convenit quia ipsi est mol
lium Et ideo oleum dicit ipse dyng nõ debere approxi
mari ad nervum existentem discoopto in volendo dolorem
mitigare sed ad cutem Et si nervus nõ sit discoop tus
sicut in punctura nõ timeas ipsum oleum ponere in orifi-
cio vulneris. propterea q oleum nõ immediate ad substantiam nervi pervenit.
et est aptivum et mitigativum doloris et ideo in
punctura convenit et nõ aliter quia nervus in punctura
nõ apparet Et si bene consideres dicta istorum possunt
concordari quia credo q nervo existente discoopto nõ
debemus apponere oleum simpliciter sed cum aliis medicinis
sicut dictum est et declaratum loco suo in primo libro et
hoc voluerunt ambo isti magistri ¶ Et ipso nõ existente apparente
discoopto possumus apponere oleum per aliquos dies Et licet
causetur aliquale nocumentum caveatur tamen inflamationem
quod est maius nocumento quia aperitur locus ut materia ibi
ta nervus possit exire confortatur locus et multotiens
multa mala evitantur quia pro tunc possumus apponere
oleum quare concludo ergo q nervo discoopto existente ma-
nifeste nõ debemus apponere oleum donec discoopertura
possit esse quasi manifesta et nõ amplius Et ex hoc haec
concordiam Nõ est q Guill. dicit q nervus discooptus
in loco in quo est discooptus amisit proprium sensum sine
propriam naturam et complexionem et propter hoc nervus discooptus
fit insensibilis et securi super partem istam possumus appo-
nere medicinam Ergo at nõ credo hoc. Et experientia
ad oppositum quia nervus discooptus aliquantulum facile ledit
unde dicit ipse q vulnere existente in loco nervoso. nos
autem non debemus tentam longam ponere. ne ex tactu ner-
vorum causetur dolor et spasmus. nõ ergo amisit ner-
vus ille proprium sensum Et dicit ut tollatur impedimentum
q debemus procedere isto modo in cura Et per isto videtur textus
dicere tamen dicit q medicine que conveniunt nervis nõ debent
esse multum calide et hoc in tractatu de nervis et hic
locus est in nervo discoopto Ubi autem in tractatu
confert pruritum bothori et malitie chimorum
Expertum est quod sigillum quedam lucida parva rotunda
que quasi sunt in forma fistici et de ultra partibus
marinis portantur ponantur in succo limonum et
pomorum citri nostrorum et dissolvantur ut aqua Vi ergo
ex his fiat linitio mirabilis coloris auferunt
Si autem bothor sit album ex materia flatica
Dixit serapio Crestre quod accipitur agnino been quod
miscetur cum urina aufert botor flegmaticum
Et plures alii dicunt de been quod confert bothoribus
lacteis cum aceto et saphati Et dicit serapio
quod cinis allei miscetur cum oleo curat bothor
lacteum et impetigines Et dicit quod confit emplastrum
cum galbano aceto et nitro confert bothor
lactee et impetiginem Et dicit etiam quod fit li-
nitio cum sanguine calido leporis mundificat
morphea impetiginem et botor lacteum Et
dicit etiam de spuma que agglutinat ad vites et ad ca-
nnas et ad alias herbas quod ipsa est bona ad sca-
biem ulceratam et ad bothor lactea Et dicit de dua-
bus speciebus spongie marine et ipse conferunt ac-
cipiendo botor lactea

Postquam primo factum est de remissione rei
per naturam exeuntis in faciem lz faciem
in commixtione de conservatione albedinis
et rubedinis ut est ipsam custodire
vel albiorem aut rubigdiorem si licitum sit vide
probat Gal. primo afforismorum in afforismo illo in perturbationibus ventris etc.
Color autem corporis
humorum dominium dominantium ostendit si non in
profundo accubuerit Pro quo notandum quod bonus
color est floridus ab humoribus bonis
sanguineis tractis ad superficiem cutis Color autem
malus a malis fit humoribus ut nigris a melancolicis
albus a flegmaticis citrinus a colericis Et si videas bene
plures omnia ista declaraverunt in de ulceribus Unde
habens ulcera et fuit mali coloris tarde curatur
unde hoc exemplum ex dictis Et autem extrinsece iuvant
ad mutationem coloris bonum color adhibitus et bal-
nei commissio et usus acuti et malorum aquarum
sunt ad nigredinem trahentia Et frigus et
coitus et tristitia et cetera longe ad colorem

album faciunt Comestio rerum citrinarum ut amicus
et comestio rerum salsarum ad citrinitatem faciunt
Vinum tartari quod voluit facere esse citrina lavatur
cum decoctione ameos quod in illo colore declinat
Et per hoc dicit Jo. de sco amando super nycolaum quod
quedam faciunt bonum colorem sumpta interius et
quedam hoc faciunt sumpta exterius sive posita ad exterius
Quedam faciunt hoc quia generant bonum et subtilem san-
guinem ut ova sorbilia et brodia bonarum carnium
vinum aromaticum et cibi bone substantie Quedam autem quod
sanguinem spergunt et dilatant ad exteriora ut species piperis
et croci ubi usi fuerint modestis colorem faciunt
bonum Quedam quod faciunt mundificationem sanguinis ut
trifera maior mirabolani lupuli et fumus terre bonum
colorem faciunt Que autem exterius faciunt bonum colo-
rem faciunt hoc cum attractione et absterssione ut sunt
linimenta et ablutiones accepte ex farina fabarum
excorticatarum ciceris orobi ordei frumenti amidi
rizi et similium Rasis et azarabius tales pulveres
convenerunt facere Recipe farine ciceris citrini fabarum
ordei farine fabarum dragaganti seminis raphani
ana distemperentur cum lacte et de nocte facies epithi-
metur et de mane cum aqua calida decoctionis
violarum siccatarum aut furfurum lavetur Et si adde-
retur cum illis radices lilii sicce narcissi yreos
et si fierent trocisci qui distemperentur cum lacte in
necessitate esset valde utile Illud plures Recipe sapo-
nis lb. j. arsenici lb. 5. resolvatur in lb. iij aque
deinde proiciatur desuper thuris mastici nitri ana
3. 5. mell 3. v. teneatur omnia in vase vitreo ve-
hementer et commisceatur de nocte Id est the-
dorus facit pulchram dealbationem proprietate cerusa
distemperetur cum aqua limpida per mensem ad solem
calidum quolibet die colatur et aqua removeatur Et
in fine dimittatur exsiccari et tale vocatur
dealbata cerusa et preparata de qua recipe p. v
yreos mirabolani boragis ana p. j. camphore. sarcocolle
minii argenti vivi sublimati ana p. j. terantur
subtilissime et molliatur super lapidem mar-
moreum et incorporetur cum aqua rosarum et fiat
pulvis aut trocisci et serventur Et quando erit necesse
distemperentur cum oleo de tartaro et postea lini-
atur Dealbat etiam facie hoc quod expertum sum sepe
Recipe litargirii quantum vis per unam et pone
in aceto albo clarissimo vel distillato camphore.
aliud sal. cerusa ana modicum qua p. 5.
minusi grande. parum ut habeat odorem bo-
num bulliat in pignatella modica ebullitione
deinde cum filtro coletur et servetur usui Deinde
Recipe aliud rochete adusti quantum vis et bulliat
in aqua deinde coletur et servetur Deinde misce
has duas aquas adinvicem secundum quantitatem quam
vis operari et habebis aquam albissimam Aliud
ad idem Recipe argenti vivi sublimati 3. j. ponatur
argentum vivum in uno ovo per parvissimum
foramen Postea cum aliquo obturetur foramen
et coquatur in aqua usque ad duritiem eius albedi-
nationem eius Postea extrahe argentum vivum
ab ovo et misce cum argento sublimato in pa-
rapside vitrea in qua non sit macula Et
agitetur quadam die in sole pluribus horis cum ba-
culo mundo et quando modicum aque cum digitis
superaspergatur et hoc fiat donec bene materia
albescat Et quando stat per mensem aut plus ponatur ad
hoc secundum tuum velle teratur et ponatur in am-
pulla plena aque sublimationis novissime. flores
albi sit aqua lilii tamen ergo hoc fiet sic lac

Et hoc itaque post ablutionem faciei et exsiccatam
facies liniatur subtiliter et una linitio quandoque sufficit
pluribus diebus Et etiam ego dico quod mastix decoc-
ta in aqua decoctionis orobi candidam faciem
facit si ex illa lavetur. Alii dicunt si pulvis ossium
sepie confitiatur cum unguento citrino et liniatur
facies dealbat eam. Dixerunt plures sicut dicit azim
num lac si cum favo mellis sit inunctum omnes ma-
culas de corpore eicit et cutem candidiorem facit
Quidam dixerunt quod adeps leonis cum oleo rosarum cu-
tem faciei servat a vitiis candidiorem que facit.
Chimolea secundum dyas. dissoluta cum aqua si facies
inde liniatur bonum colorem prestat

Ego in isto capitulo mentionem faciam de hiis que
rubefaciunt faciem dimittens illa que citrinant
faciem quia ad meum propositum non pertinet et
dimittens etiam si nigrificeat. Et primo dico quod lini-
tio facta cum affronitro et spuma nitri inuncta cum oleo
viol. et aqua faciem rubefacit. Et baurach assatum
etiam illud idem facit. Dyas. dicit cardamomum us-
tum et sinap. ruborem facit corpori hoc autem dilu-
cidat faciem et ipsam abstergit et colorem facit
bonum cum permixtione rubedinis. Recipe farine ciceris
albi farine fabarum amigd. dulcium dragagantum.
ʒ. ij. radicis vitis albe ʒ. j. s. fiat troc. cum albumine
ovi. Cum ergo vis usum eorum lini unum ex eis
super faciem cum aqua ordei et dimitte per duas
horas et ablue cum aqua furfuris clarificat
faciem et omnem feditatem cutis et fit inde color bo-
nus cum permixtione rubedinis. Si vis etiam arti-
ficialiter faciem rubeam facere capias verzinum raspa-
tum cum vitro et facias ipsum bulire cum vino
albo et post cum illa bulitura tangas maxillas
aut alia loca ubi vis facere colorem rubeum Et
si huic addatur color grane hoc erit melius et
tunc facias sic. Recipe verzini raspati ℥ j. grane
℥ s. bulliatur cum vino et fiat ut dein est
iste color est permansurus et licet abluatur
facies remanet color iste

Iam nunc de hiis que colorem bonum ef-
ficiunt Et dico quod medicina boni coloris
in facie generare non est nisi ipsam in facie
ruborem permixtum cum quadam albedine vel cla-
ritate generare ut habetur 2o. tegni. Dico quod
omnes species mirabolanorum cum ex eis emblici quandoque mis-
centur et ponitur in eis parum amigd. dulcium
et miscentur cum melle conferunt sinapi? in a
egritudinibus iuste et flemmatice et colorem
faciunt bonum. Avicenna mirabol. nigri clarifi-
cant colorem Et qui fit sepe usus mirab. indorum
faciunt colorem pulchrum et prohibet canos ne
veniant ante tempus. Dyas. dicit ficus sicca iu-
vat eos qui colorem pallidum habent. Alii dicunt
hermel. bibitum clarificat sanguinem de colo-
re et bonum facit colorem Et dicit etiam origanum
expellit coleram rubeam et humores grossos et
meliorat colorem Et dicit etiam sic vinum in quanto
quanto est antiquius magis stringit ventrem
et bonum facit colorem Et abso. dicit de vino
vinum bonum colorem efficit. Serapio dicit
gumma carasi in mane bibita cum vino lim-
phato bonum colorem efficit et auget vim et
est expertum ut dicit etiam satis sit quod in dicitur assa-
tis suis meliorat colorem eius Et dyas. dicit
quod sepe fit usus eius Et bar. dicit quod terre ex ea omni

omni mane aut die quantum est granum ciceris cum
ovo sorbili vel aqua mellis et hoc facit quia ca-
liditate et subtilitate sui sanguinem vehementer
movet ad cutem Et propter hoc in decoratione que
accidit propter frigiditatem aut opilationem alicuius que
in extremitatibus venarum existunt facit id miscetur
aut cum cibis aut cum melle quia ipsa per se est tan-
ti ~~horroris~~ horroris quod ipsam per se natura expelleret Et
dicit Serapio quod acetum squilliticum melio-
rat colorem et addit et fortificat et similiter squilla
interius apponatur et per se supta cum trifera
dissipata cum vino subtili aut aqua sicut oportet
Et secundum Avic. idem facit sirupus squilliticus Et
dicit etiam acetum ʒ. j. accepta malum colorem emen-
dat Et alii dicunt ʒʒ. pulverizatum facit colorem
expellendo coleram rubeam et flegma suavitate no-
more meditiarum solutivarum Et dicit etiam eruca
efficit colorem bonum. Alii dicunt ysopus inuncta
cum cartamo laxat ventrem et facit pulchrum
Et Avic. dicit potus ysopi sicce bonum colorem effi-
cit Dicit etiam cum lavatur facies ex aqua ejus clari-
ficat faciem ... unius eius usus continuat
eam. Mesue dicit oleum de croco colorem efficit
bonum. Rasis dicit radix vitis albe assata bonum
colorem faciei inducit et facit tensam superficiem
Et Dyas. vult velle quod sit cocta in oleo donec
albescat colorem bonum efficit rugas que in multis
descendunt et lentigines purgat Et autem brio-
nia vitis alba et cucurb. agrestis idem. Serapio etiam
Dyas. faciem decorat et in multis bonum efficit colo-
rem frica. facie cum foliis madragore et per se
mandragore masculine. Avic. dicit usus lactis
bibi valde bonum efficit colorem faciei et per se quando
sumitur cum zucaro Et alii dicunt quod per se hoc operatur
lac ovinum Et ego dico quod hoc etiam operatur lac
caprinum ubi lac mulierum et cum suo colore naturali
sit exhibitum quod sepe sum expertus et in una muli-
ere nunc operor et cum hoc etiam inpinguat.
Avic. dicit stercus columbarum bonum colorem effi-
cit et dissolvatur in aqua et liniatur facies et idem
potest stercus locuste et similiter stercus lacerte Chi-
molea etiam dissoluta secundum dyascoridem cum aqua
si facies inde liniatur bonum colorem prestat Caro
anitis et pinguedo clarificat colorem

Faciam modo mentionem de hiis que delucidant
et clarificant faciem. Serapio dyas. faciem faciunt
candidam et nitidam et abstergit omnem
~~...~~ maculam farina orobi albi et grossi ple-
num arte in qua autem delucidat cum aceto et ab-
stergit maculas. Fit autem sic farina eius
infundatur orobus in aqua et postea coquatur usque
ad comp... separationem corticis postea teratur et cri-
belletur. Dicit etiam semen rape silvestris misceatur
cum farina lupinorum ciceris et fabarum ista omnia
limpidant faciem Delucidat etiam faciem caro-
melonis una cum seminibus suis trita et cum farina
inuncta Et dico ego farina ordei aut ciceris
cum qua postea lavetur facies hoc operatur et
est expertum. Serapio etiam de hoc dicit caro
melonis mundificat cutem et per se semen eius
quando siccatur terit et cribellatur et admiscetur
cum lavacro corporis Et idem dicit Gal. in 8o. de
simplici medicina Et Avic. vult de carne
melonis et per se de semine eius. Aqua ordei sine
extione corticis cocti usque ad consumptionem medie
ipsius quando ordei est pars j. et aque partes xv. puri-
ficat faciem et valor morphee. Lotio etiam facta

cum aqua decoctionis lupinorum usque ad consumptionem
ipsorum clarificat faciem et idem est facit fricatio fari-
ne lupinorum cum aqua pluviali ¶ Rasis dicit oleum
rafani clarificat faciem et vz morphee ¶
¶ Dyascorides dicit de oleo masticis quod dilucidat faciem et
maculas delet Ducens pris et preos clarifi-
cat faciem linitus et precipue si addatur farina fabarum
aut ciceris Radix lilij faciei est mundificativa abluit
et tersam reddit trita pulverizata cum melle ut dicit Serapio
Et bar. dicit sit lilium silvestre album et potest cum aqua
sola tepida teri et inmisceri ¶ Dixit plo dicit sit
fellis capri ac. ʒ. i. farine lupini et mell ʒ. q.
commixtus in unum ex eis faciei linias et limpida-
mente efficitur Et dicit taurinum fel illinitum faciem
limpidat Rasis dicit adeps galline et anatis quem
ad mulierum clarificandum ¶ Quidam dicunt quod adeps leonis
cum oleo rosarum cum faciei fricatur a vitiis candorem quam fricat
et dilucidat est faciei ista aqua Recipe argenti ʒ. i. argenti
vivi sublimati est ʒ. i. ponatur argentum vivum in uno lapide
cum primum foramine et coquatur diu in aqua usque ad
eius duritiem Postea extrahe argentum vivum de ovo et
misce istud cum argento sublimato in parapside vi-
treata in qua non sit macula et agitetur quam diu
sole cum baculo mundo et quam aspergatur modicum aque et
hoc fiat donec totum manifeste albescat et quam
stat per mensem antequam perveniat ¶ Deinde tritum ultro
teratur et ponatur in ampulla plena aqua sublimatorum
florum nenufaris albi et lilij et totum hoc fiet sic lac Et
post ablutionem faciei et exsiccationem facies subtiliter
liniatur Et sufficiet quam una sola linitio pluribus diebus

Postquam est facta mentio de medicinis que faciem
dilucidant facta modo mentione de hijs que
faciei abstergunt Credens ego multa dicta ʒ.
capitulo de lentigine et panno hic est valens ¶ Avic.
ergo in hoc sit dixit frumentum mundificat faciem
et eius farina Dixit est Serap. siluris est bonum emplastrum
sordiciei ¶ Dixit est Avic. de semine agni casti quod
mundificativum est coloris Et radix lilij mundificat
faciem abluendo et tersam faciendo et remouet corruga-
tionem eius ¶ Serapio vult quod ipsa sit trita cum melle
Et dicit est acetositas eius abstergit colorem et aufert
vestigia nigra ¶ Rufus dicit vitis alba assata bonum
colorem faciei inducit et tersam superficiem facit Dicit
est succus radicis ciclaminis cum faba mundificat cutem
Dixit est quam Serap. miscetur cum melle et adipe et cum
oleo dissoluatur mundificat faciem ¶ Mesue dicit
ex succo cucumeris agrestis et farina fabarum fit
linimentum bonum abstergens sorditiem faciei et fedi-
tatem cutis Dicit est oleum de mezereon abstergit fe-
ditatem ¶ Et oleum de frassino et oleum de ouis
¶ Dyas. dicit fiat emplastrum cum folijs veruscus sambuci
et aufert sorditiem corporis Dicit est elymolea dis-
soluta cum aceto faciem abstergit ¶ Rogerius dicit
oleum de tartaro abstergit maculas que remanent post
partum et faciem mundificat Et ego dico quod oleum de tar-
taro sic fit Recipe tartarum puluerizatum et infunde in
aceto et postea ponatur in panno lineo in stuppa
et in aqua ante et decoquatur sub cineribus deinde
ponatur in scutella terrea vitreata per tres noctes
statim quod scutellas et declinis et distillabitur quedam
guttas nigra vergens in subrufum colorem que dicitur
tartari oleum ¶ Aqua tartari fit isto modo ¶ Pone
tartarum sub prunis et sine ipsum uri donec albes-
cat post pone ipsum in sacculo lineo suspenso et
suppone ampullam Et collige aquam que egreditur
et erit aqua tartari ¶ Aliud expertum quo utuntur
mulieres bononienses quod est expertum primitus cum pellem

faciei et relinquit aliam albam et lucidam et aufert om-
feditatem que est in ea Recipe aque tartari ℥ iij. sapo-
nis nigri liquidi ℥ j. argenti vivi ℥ iij. bulliat
omnia insimul in ciato super prunas et cum bullierint
subito ponatur ciatus in aqua frigida facta tamen quod aqua non
ingrediatur in ipsum sed ut inferior solummodo exti-
guatur Deinde iterum bulliat et iterum extinguatur
et hoc fiat nouies et ex illo facies fortiter fri-
cando inungatur et multum supponatur de ipso et te-
neatur nocte diebus quatuor super faciem et balneo facto
postea cum ipsa facies bene rubet et sudat fricetur
leniter cum aliquo panno lineo mundo et cadet cutis
superior alia remanente munda et candida ¶
Unguentum est quod callos extirpat sim mane supponatur
eis In sero autem cum aqua calida lauetur et cum cul-
tello radatur quod totiens fiat donec aboleatur totaliter
et postquam primitus est pellis faciei subsequatur illius
alterius usus unguenti et erit effectus mirabilis ¶ Recipe anguil-
lam et precipue marinam et excoria illam et incide eam
in plura frustra et laua ipsam bene Deinde compone pas-
tillum unum hoc modo Pone unam petiam lineam
magnam super crustam inferiorem pastilli deinde pone
solum unum anguille et aliud suppone ceruse bene
cocte Postea solum sit medulle vituli et gradatim
imple pastillum cum petia reuoluta cum crusta
alia superiori et tunc pone pastillum in furno et
sine donec anguilla sit bene cocta Et tunc accipe
pastillum et discoperi ipsum a crusta superiori et le-
ue totum quod est in pastilla sursum cum petia et colli-
ge de per se quod subtile est et sine expressione per petiam
egreditur postea exprime petiam cum manibus et collige
per se quod expressione egreditur feces autem per se reserve
Et primo itaque propter sui subtilitatem pone de die
Sed quod 2a expressum est propter sui grossitiem ponatur
de nocte Hoc itaque unguentum sive cum primitus
primi sine non mirabiliter delucidat faciem Et eas
defedationes cutis tollit feces est inuicte scissu-
ras faciei manuum et pedum sanant et curant

Plurimum querunt de rugis que in facie fiunt ante
tempus debitum senectutis et in fine fa-
ciem reddunt antiquam Et quia iste fiunt
a siccitate dicam illa que prohibent siccitatem fieri
Deinde que sunt illa que rugas extendunt
¶ Alb. dicit aqua casei cum tanto vino bullita
in cortice granati donec consumatur prohibet corruga-
tionem faciei ¶ Serapio Sumamentum olei zi-
zanij est nam ipsum distringit extendit rugas
cutis et mollit eam Avicenna dicit quod oleum de
tartaro remouet rugas faciei Eius autem doctri-
nam vide in capitulo precedenti ¶ Dyas. dicit oleum
amigdalarum cum puluere radicis lilij subtiliter pul-
uerizate cribellate et parum olei rosarum recte facto modo
unguenti tollit rugas faciei ¶ Avic. dicit oleum
amigdalarum amararum cum melle et radice lilij et cera
liquefacta conferunt rugis faciei est panno Rasis dicit
oleum de amigdalis Et ego dico quod bonum est secundum
per miscere aliquid viscosum ¶ Alb. item dicat
quod ex oleo de lilio abluitur facies mundificat
et aufert rugas faciei ¶ Serapio dicit radix
lilij cum melle trita aufert rugas faciei ¶
Frat. dicit ad rugas tollendas omnem corrugationem
de facie remouendam teratur radix cucumeris
agrestis et cribelletur et cum eo facies lauetur
deinde cum sola aqua frigida et hoc fiat per
triduum et mirum erit Cyranus dicit radix
vitis albe assata bonum colorem faciei inducit

et tensam super illic et secundum aliquos cocta cum vino et illinita hoc facit. Et bar. dicit gluten piscium dissolutum in aqua ex qua facies lavetur extendit faciem. Et ung. de litargiro bonum est ad rugas faciei. Avic. litargirum dealbatum fem. de litargiro cuius color est rufus et illud reinsiccet cum pinguedine azime et succo radicis cane et oleo de fistulis aut de semine lini et fiat ung. et alii fit cum pinguedine anatis aut galline. Et pilosi dicit ut mulier clarum et tensam habeat faciem succum morsus galline cum melle et litio et aceto acerrimo et radice sufflimas et ex eo mulier faciem purgat tensam faciem habebit. Et multa alia dicta sunt in aliis capitulis que hic conveniunt quare cum expedit vide.

Plinius dicit. Creatus est homo rex omnium animalium et factus erectus superius. Alia vero animalia humilia et dimissum caput sunt ad illum. Sic ad instar sensus exteriores ut visus sui specialitate est rex. Alii autem sensus ut subditi sunt huic. Et ita etiam organum visus super omnia alia organa sensuum aliorum est in supremo collocatum. Creavit autem ei altissimus auxilia duo scilicet supercilia et palpebras palpebras. Et ita per supercilia fit visus acutior et a nocumento rerum ab alto possibilium in oculo cadere defensaculum existunt palpebras ut cooperturam constituunt oculo ut a nocumentis contingentibus et a rebus etiam possibilibus in ipsum cadere defensaculum sibi fiat. Dicta autem de dispositionibus superciliorum et palpebrarum solum faciendis ad fedam et pulchram dispositionem oculi dimittens tamen multa dicta in aliis libris et primo dicta de illis que pilos generant in superciliis. Et pro notitia huius recurre ad capitulum supra positum quia isti convenientes pro multis hic necessariis. Et Alb. dicit quod cinis granis uvi. dicit lentisci facit crescere capillos vel pilos in superciliis. Et dicit qui ungit plumbum cum stagnum cum pinguedine aliqua cum manu si fricet supercilia confortat eos augmentat eos et retinet. Et Constit. dicit si in mortario plumbeo cum pistello plumbeo teritur sigillata cum aceto et melle et sepo ansermus sit terra est bona pilis superciliorum cadentibus. Et Rasis dicit splen azini assum et tritum et liquefactum cum sepo ursi alia hora liquid vini et alleo donec fiat ad spissitudinem mellis. Item si ex eo suppositum supercilio depilato renascuntur pili. Et id dicit albertus de adipe azini. Quere autem super capitulo de prologo et multiplicatione capillorum quia hic etiam valent.

Sermo modo sit de casu pilorum palpebrarum. Serapio dicit quod mulieri dactilis immiscentur cum nardo aut spica nardi confert calvis palpebrarum et mundificat carnem superfluam earum et mundificat ulcera. Et Aviz. dicit sic adurit os dactilorum et extinguit et abluit et stat in alchool loco tutie et retinet pilos palpebrarum et facit eos nasci cum nardo et cum spica nardi. Et est bona in ulceribus oculi et ortu pilorum. Et Gal. dicit collirium factum de spica humidate salis flegmatis desiccat pilos palpebrarum confortat et facit nasci pilos in palpebris quod ponitur in alchool et viridis forsan in hoc est fortior. Et Dyas. etiam Sapio quod palpebre depilantur per aliquos humores acutos et remanet quod non augentur pili nec multiplicantur. Et lapis lazuli desiccat humiditatem istorum humorum et locum infrigidat. Et ideo ad hoc ut teratur multum et administretur in modum pulveris. Et Dyas. etiam Sapio et fus. Et multi quidam medici ministrant fumos qui fiunt ex fortibus speciebus que sunt in

medicamine palpebrarum quod in eis est egritudo et que pili que dicitur sulach et est egritudo cum qua pili cum duritie et rubore cadunt et olitatum et tumentia hoc operatur. Et etiam dicit Sapio quod fumus predictus administratur in colliriis quod preparantur oculis et in unguentis que faciunt nasci pilos palpebrarum qui ceciderunt et debilitati oculorum et lacrimis. Et dicit etiam quod ysopus humida miscetur cum adipe anatis confert pruritui lacrimali oculorum et grossitiei palpebrarum et pilis cadentibus ab eis. Et Gal. dicit in 9° de simplici de armoniaco et etiam ipsum preparatum terentes et pulverizantes utimur succi ad augmentum pilorum qui sunt in palpebris cum quadam ab humorum acredine decadunt qui nec crescunt nec sumunt alimentum nam sumentes has acredines ad naturem ceterasiam conveniunt membrum cuius est ad ministerium ad augere et producere et confortat membra. Et Gal. etiam dicit in 7° ex de cineribus lignorum et sic dicit et lignum conveniens et nutrit et etiam cinis et sic. si qui libanoti est et thus qui vocatur stomis fortior est hiis. Ad hunc vero magis cum cedri et thus autem acrioribus quidam in pilis nomine palpebris. Aviz. dicit lapis lazuli in hoc per proprietatem bonos efficit pilos palpebrarum a proprietate qua habet in hoc est ultimum. Et Serapio dicit quod infrigidat palpebras quod palpebre depilantur per aliquos humores. Et Dyascorides dicit solucinme crescere facit capillos confortat et capillos et aliis delegat. Et sic mastix que est cum gummi. Et Sextum ad recuperatem pilorum palpebrarum hoc anthimonii ℥. vi. nucleorum dactilorum combustorum ℥. i. amili ℥. ii. folii ℥. i. terantur et cribellentur et administrentur.

Forma autem non solum generacio pilorum in palpebris sanare et in superciliis. Verum etiam quomodo ortum prohibetur. Cum sunt evulsi et per se eorum qui orbicularum ortum. Et ideo de hoc dicam in hoc capitulo. Aliqui antiqui dixerunt quod ova formicarum supposita loco unde pili palpebrarum et superciliorum evellitur et superfricata prohibet ortum pilorum. Et Serapio dicit est marinum quod quilat cunis primi pus quod ponitur super pilos palpebrarum et superciliorum evulsos absumdit eos et videtur dicere de opio qui ibi dicit ex verbum galieni in xi°. Et aut de sanguine ranarum viridium ranas quas bresos quo vocat auferent quod post evulsi sunt pili superciliorum non amplius eos oriri cum experientie subdiderim mulier falsum. Et Aviz. dicit quod sicut sanguis ipsius loco impiatur dicti pili evulsi non amplius nascuntur. Et Serapio dicit sanguis vespertilionis mutuus pilos palpebrarum evulsos regenerare non sinit. Albertus dicit fel yrci palpebris et superciliis suppositum depilatis facit apparere quia acutissimum est et forte facit id in aliis pilis. Et veteres etiam dixerunt sumatur cineres quorumque pilorum adustorum et misceatur cum alchitran id est cedria et inungantur loca et ortum prohibetur eorum pilorum qui pungunt oculos. Et Rasis etiam dicit sanguinem foliorum cinere et aceto solue et pilos palpebrarum evelle et unge et ultra non renascuntur. Rubigo etiam ferri suppilata loco ortum prohibet eorum locorum. Multa etiam sunt dicta super de prohibito ortu quia hic valent quere cum expedit alibi vide.

Sepius contingit ut pili palpebrarum orbicularis nascantur quare ex eorum revolutione accidit ut oculum ingrediatur et pungat

Et pro cura ista serapio sic dicit quod mastix facit
adherere pilos et intellige cum aliis et cum stilo
liquefactus imponatur nam ex hoc pili orbiculares
adherebunt aliis et dicit quod gumma eadem facit adhe-
rere facit pilos palpebrarum qui pungunt oculos.
Et sim galienus id operatur albumen ovi et maxime
mixtum cum olibano pingui. Et dicit gal. quod olibanum
nimis anaquinum et siccum. Et dicit G. iuvamentum
eius in hoc est propter viscositatem que est in eo et non propter
eius complexionem. Et iste modus est ut pili inequales redu-
cantur ad equales cum visco mastice thure et dra-
ganto dissoluto cum albumine ovi et iste est modus albu-
casis. Alius modus est ut pili evellentur cum pin-
garolis et post cum limatura ferri cocta cum aceto
liniatur vel cum sanguine ranarum aut alio modo de
super dictis ad prohibendum ortum pilorum. Et guillh.
de valencia dicit quod si ipsi evulsi sunt et cum stilo in
loco ortus pilorum ponatur mucillago limaturarum nam
ipsa agglutinat et rectificat locum pili et facit
cum aliis adherere et non nocet oculis ut dicit ef-
ras et hoc est expertum. Alius modus est ut ipsis
evulsis fiat fricatio loci ut desiccetur materia cum sicut
de vitreolo ut dicit thesaurus et hec est recepta ℞
gummi arabici dragaganti aloes ana vitreoli ef usti
tutie piperis amidi rubee tinctorum battiture
eris combusti ana ʒ ii. san. dra. acatie ana ʒ i s.
thuris spice lilii galle combuste ana ʒ i sarcocol-
le armoniaci ana ʒ iii dissolvatur armoniacum cum
aqua putei et sucus pomi citrini et alia bene
pulverizentur et fiat sief. Alius modus est
ut ipsis evulsis et palpebra eversata locus pi-
lorum cum cauterio subtili cuius caput sit eurinum
cauterizetur et postea super oculum albumine ovi cum oleo
rosarum mixtum cum cotone apponatur. De pedi-
culis huius loci satis dictum est. Sed hoc de nigro
istos pilos secundum thesaurum unctio facta cum oleo et
pinguedine anseris in plumbo fortiter fricato

Relaxatio palpebrarum est elongatio palpe-
brarum superius usque quo non posset elevari et
forte augetur intantum quod displicet et pili
intrant oculum et ledunt ipsum. Causa cum dicit thesaurus
est habundantia humorum vel humiditatum. Et alcoatim dicit
quod aliquando est ex lesione musculorum moventium palpe-
bras et aliis vidi. In cura ista habes duas
intentiones. Prima est ut cum praticus vis
est ut fiat purgatio cum pillulis cochiis vel lauren-
tiis aut de luce. Et dieta eius sit prescripta quod satis patet.
2a intentio completur cum localibus. Et primo videas si fu-
erit antiqua aut recens. Si recens unge pal-
pebras cum hoc quod desiccat et restringitur sicut
memite aloes crocus mirra acatia et aqua istorum.
Si fuerit antiqua et ista non valent cures eam
isto modo ut dicit alcoatim incidatur pellis palpebre ad
formam folii mirti intantum in quantitate que suf-
ficit elevetur quando pellis ingreditur cum pelle.
Capiatur ergo pellis cum manu aut alio modo et
cum forficibus incidatur et iungatur pellem cum pelle
cum acu quod suatur inde cum pulvere incarnativo
incarnetur et consolidetur. Alius modus est ut fiat cum cau-
terio actuali curvo et postea consolidetur. Alius vero modus
ut fiat cum cauterio potentiali. Pone ergo super
cartam bombicinam ad quantitatem mirti super palpe-
bram et teneat cum digitis tanto tempore donec eger
sentiat caliditatem et mordicationem caustici. Deinde
elevetur cum butiro arsura et postea consolidetur et in-
carnetur ut sepe in aliis dictum est. Et vero quando hec
vel in ista quod in consolidatione vel incarnatione fiat de
loco decurtat. Sit contractio in palpebris vel eius

ipsa evellatur et sic de aliis similibus

Reversatio palpebrarum est earum separatio taliter
quod oculum cooperire nequit et est similis oculo
leporis. Fit autem ex mala cicatrice palpe-
brarum vel sectione vel ex spasmo lacertorum aut ex
carnositate generata infra eas. In cura ista habes
duas intentiones. Prima est facere purgationem et
ordinare dietam secundum materiam peccantem ut sepe dictum
est et ex te cogita. 2a intentio completur hoc modo. Con-
sidera si hec dispositio fuerit ex siccitate aut non. Si
fuerit ex siccitate oportet humectare palpebram cum
oleo et cum balneo mucillaginis fenugreci et pingue-
dine galline. Et ista experta sunt ut dicit Avicenna. Si
autem ista non valent tunc oportet ut dicit alcohali incidere
palpebram et extendere eam et ponere in scissura
lichinia tenentia plagam apertam taliter quod generetur caro
et pellis contractum sustinebat. Si autem provenerit a
carne superflua propter hoc precipit thesaurus eam consumere cum pul-
veribus corrosivis ut est sief viride et aliis
similibus. Aliqui autem faciunt cum cauterio actuali
quod laudo precipue quod baculus non ledatur etc.

Palpitatio fit quandoque in palpebra ipsa nam fit a
ventositate inclusa in palpebra et quia
multa dicta sunt .S. in primo libro conferre in
ventositate quod in capitulo de apate ventoso et in capitulo
de hernia ventosa illic ergo queratur cum opus
fuerit hic autem pauca scribantur. Avicenna tamen dicit spiritum
reumum generat palpitationem palpebrarum. Et dicit eius urina
hominis quando coquitur cum melle in vase eneo absterget
albuginem oculi et confert palpitationi. Multa emplastra
embrocationes et unctiones possunt fieri ex rebus
carminativis et patet

Accidit sepe cadit palea aut pulvis que amo-
tione indiget eo quod visum impedit.
Aliquando cum radina munda removet ea que
sunt in oculo quod illa que sunt in oculo adheret
illi et loco eius aliqui faciunt cum visco. Et aliqui faciunt
oculum cum aqua calida aut tepida et quando immit-
tunt multum de lacte mulieris. Et si ista non valent
aperiatur locus quod elevatur palpebra et removetur pa-
lea cum re. Vel cum molectis ut iam sepe feci
aut alio modo ut est hic et patet satis.

Sunt enim iste excrescentie preter eme-
cuse maxime in lacrimali et quando sunt dure
dicuntur de genere verrucarum et quando molles
sunt et sanguinolente sunt de genere ficuum et emo-
royd. moralium. Si fuerit verruca cum cauterio
potentiali removeatur respiciendo semper oculum.
Si morales removeantur cum ligatura et in-
cisione vel cum medicinis causticis. Ego et in re-
sidui procedas in confortatione loci vel cum albumine
ovi quod in mala complexione calida optinet principatum.
Deinde locus consolidetur et hoc de albumine ovi fit
ne locus apostemetur. Et si aliquid carnis rema-
serit corrodatur et desuper pone totum balneatum
in albumine ovi ut apostema quiescat. Et fac
sic quando eminentia carnis accidit in lacrimali ve-
rumptamen oportet ut caveatur ne veniat incisio ad car-
nem naturalem et accidat inde cursus lacrimarum ut
in proprio capitulo dicetur et hoc sufficiat.

Mutheris in 3o de accidenti et morbo dicit ego
oculorum et illas que nocent actioni visus et
iste sunt duplices nam queda sunt vel

toti oculo ut sunt apostemata et inflationes quedam particu-
lares ut egritudines palpebrarum panniculorum et
dispositio mala ipsorum spirituum. Et ideo Galienus de acciden-
te et morbo dicebat. In speciebus quidem actibus triplex
est similitudinis dictam unaquamque in primo organo velut
in cristalloyde patientis. Altera in spiritu visivo a cerebro
per nervum opticum descendente. 3a coadiunatibus
ut sunt omnes alie particule. Et subdit quod iste egritudines
quedam sunt complexionales que sunt in consimilibus partibus quedam
vero in organicis partibus quedam vero comunes que in utrisque fiunt.
Et licet iste egritudines possunt esse in omnibus partibus melius
propter naturam oculi quam accidunt in eis quod suscipiunt proprie-
tate que magnam diversitatem facit in curando. Et ideo
dicebat Ihesus quod quedam erant egritudines oculorum que mul-
tum erant quiescentes aliis membris ut male complexiones
solutiones et apostemata quedam vero proprie ut lacrime pannicu-
li cataracte et sic de aliis. Multe namque fuerunt pas-
siones oculorum nam Ihesus dicit eas fore 98. Acho-
ali dicit eas fore 40. Albuzaram dicit eas fore 60.
Alchanamo solus dicit quod ipse medicatus est 60. et
attestatur quod Galienus posuit 100. et quinque. Almansor posuit
99. Bienvenutus de paucis tractavit. Hic autem fit
mentio de aliquibus de apostematibus oculi et de ulceribus
iam facta est mentio. De autem harum egritudinum et
similium cause sunt primitive antecedentes et quiete
quas Galienus in toto libro interiorum simpatias et ydio-
patias idest per passiones et proprias vocavit. Complexio-
nales sunt que veniunt ab alia particula. Proprias vo-
cat quando veniunt propter causam propriam in eodem membro ex-
sistente. Que quidem cause generantur ab humoribus
a malo regimine in corpore generatis et ex ipsorum
oculorum debilitate ut dictum est sepe. Signa
oculorum apparentium sunt satis manifesta velud et signa
aliarum egritudinum. Que vero occulta sunt maxime
indigent perscrutatione interiorum primo iudicatur etiam quod
sunt difficiles eo quod oculus est intricate compositionis
ut patet in anathomia et eciam hoc est sensibilis particula
ut 3o tractatu et medicamina que competunt ei sunt artifi-
ciositatis magne et eciam hoc multe dispositiones in
primum sepe coniungunt. Cum istarum dispositionum oculi-
licet quinque intentiones. Prima est in rebus aliquibus
observandis. 2a est in materia ante que indiget
curatione. 3a est in vita ut amplius materia que peccat
non generetur. 4ta est in materia coniuncta ut ipsa re-
moveatur. Regule observande sunt iste. Prima quando cum
egritudinibus oculi coniungitur zoda et dolor aut
fluxus quod illa sunt primo sedanda antequam ad curam egritudinis
oculorum procedatur. 2a est nulla operatio particularis
fiat in oculo quousque caput et corpus fuerint
purgata et rectificata. 3a est quod omnis operatio
particularis in oculo est delicatius et mollius
quo sit possibile exercenda. 4ta regula est quod
operatio fiat in loco claro non ventoso. 5a est in
applicando melius est multiplicare vices quam quantitates.
6a medicina oculi sit bene depurata et prepa-
rata ad ultimum trita et cribellata aliter enim plus
lederet quam iuvaret. 7a est quod ante operationem me-
dicaminis oculus bene lavetur cum aqua calida. Ultima
regula quod non accedat ad operationem nisi sit sub-
tilis et ingeniosus et bene videns et manus habeat
firmas. De 2a 3a et quinta intentione dicetur hic
secundum singulas egritudines.

Lacrime ut dicit Bienvenutus veniunt per lac-
rimalia in quodam foramine parvo quasi insensibili
in fine pilorum ex quibus lacrimatur oculus
totus et ideo dicit Avicenna quod est egritudo in qua oculi
sunt semper humidi et infecti humiditate aquosa

a capite ad oculos descendente. Et Ihesus dicit quod aliquando
descendunt per venas exteriores et aliquando per interiores. Et
Halialbas dicit quod aliquando descendunt per venas exteriores et
quandoque per interiores. Et Halialbas dicit quod quandoque descendunt ratione
rarefactionis pellis oculi et aliquando ratione compressionis unde
dicit quod si spongia est plena aqua et fiet compressio ex-
ivet aqua ita est in proposito. Pro quo nota quod lacrime
sunt duplices quia quedam voluntarie et de istis non est
sermo et quedam involuntarie que causantur duobus modis vel
virtute continentie et digestive oculorum sicut accidit incipi-
entibus morti et de talibus non est sermo hic et de istis
loquitur Ypocras in primo pronosticorum. Alie sunt que causantur
ex multitudine materie et descendit a cerebro ad ocu-
los ut patet in senibus et in aliis habentibus oculos
valde humidos. Causa harum dispositionum est repletio
capitis et totius corporis aut oculorum debilitas naturalis
aut accidentalis vel abscisio vel diminutio car-
nis in lacrimali aut cum pruritu. Signa harum
sunt satis nota. Materiam autem ipsarum cognoscit patiens
nam si sentiunt lacrime frigide significat quod materia
est frigida. Si autem sentiunt lacrime calide sig-
nificat quod materia est calida. Iudicant auctores propter hoc
quod que sunt naturales et propter abscisionem carnis in la-
crimali non curantur et non bene. Et que veniunt a
parte intrinseca sunt difficilis curationis ut testatur Al-
choati. In ista materia habes duas intentiones. Una est
universalis alia particularis. Universalis intentio que est de dieta et
purgatione completur ut dictum est supra in de ulceribus
oculi et in obtalmia quare illic vide. Sed bene-
nutus dicit quod in hoc casu diversio licet provocativam
et ob hoc laudat cauteria posita super summitatem
capitis. Et cauteria in fontinella brachiorum et sec-
tiones facte retro collum sunt etiam utilia multum dicta.
Confortatio et desiccatio capitis secundum Galienum hic habet lo-
cum cum abrotano et storace. Avenzoar scalpellationes
aut synapizationes super proram capitis in hunc mo-
dum ordinat. Recipe cicadarum maris piperis corticis et
commisceantur cum aqua rosata vel alia secundum temporis
cum et infirmi dispositionem et dicit quod est experimentum
suum et fuit patris sui. Rabi Moyses in suis
afforismis etiam hoc accepit. Non obliviscaris tamen
quod principaliter competunt experimenta domestica ut est
aqua rosarum album ovi et sic de aliis. Particularis
intentio sic completur. Et primo dicit Ihesus hoc alcool
valere. Recipe lapidis ematitis marcasite lote tutie prepa-
rate ana ʒ. i. margaritarum ℈. 5. succi mentie aloes
ana ℈. i. terantur et cribellentur et fiat alcool. Et
Gerardus de Solo dicit hoc succus valere. Recipe tutie ablute
et infuse in aqua mitri ʒ. i. corallorum albi et rubei
sanguinis draconis. sebesten modicum combustorum sumach gallarum
aloes mastices cum aqua infusionis draganti et
gummi arabici dissolvatur in aqua et fiat inde colli-
rium. Illud Avicenna et Mesue expertum. Recipe succi gra-
natorum acetosorum cocti usque ad consumptionem medietatis
lb. 5. aloes succi mentie libras ij. croci ana ʒ. iij. ingi
gr. vj. misceantur et ponantur in vase vitreo ad sole
per 40. dies. In causa frigida vero hoc conferens ad
lacrimas et ad humiditates et etiam ad relaxationes
et gravitates palpebrarum cuius forma est hec. Recipe
capitum vissiarum sine sale adustarum antimonii tutie
albe et viridis ana ʒ. ij. camfore ʒ. 3. piperis ʒ. i. mag-
infusum sit aloes aut aqua feniculi. Aut aqua
ferri in qua aloes sit infusum nam stringit in oculos
et addit in visum et lacrimas stringit quod expertum est.
In simplicibus loquor. Et primo Constantinus dicit betonica
potata lacrimas stringit oculorum. Apuleus dicit quod
ipsa contrita facit claritatem ut parte oculorum lac-
rimas auferat. Dicit etiam Constantinus antimonium pulverizatum

et instillatum lacrimas stringit Et in senibus
habentes oculos humidos eos incolumes reddit et
omnes maculas curat maxime si parum musci addatur
misceatur cum eo Et bar. dicit quod lacrimas exsiccat
que sunt cum acuitate aliqua Et quod in misceatur cum
immittitur cum albumine oui aut cum lacte et colliri-
zetur // Dyas. dicit sarcocolla potest lacrimas stringere
et quodammodo faciem hylarem facere et rem oculorum
prohibere Et alibi dicit quod cum croco sit immixta col-
lirium est factum ex radice croci et lacte mulieris
lacrimas stringit et rem oculorum prohibet Stringit
etiam lacrimas succus foliorum oleastri collirizatus
Dicit dyas. miscetur collirijs est nobilibus Et dicit
etiam opium potest sistere lacrimas collirijs immixtum
Et dicit psillium in aqua infusum oculis lacrimalibus
cito prodest Et quidam cum aqua rosarum instillagines
preparant et conferunt sunt cum sit nimium calida
Halab. dicit sicut succo cepe narcisi collirizetur
oculi lacrimas stringit fortiter Dicit etiam lacrimas
stringit pulvis coralli rubei Et serapio dicit quod vi-
sum abstergit et lacrimas desiccat desiccatione
forti // Constantinus dicit quod lacrimas siccat et pruritum
oculorum tollit Et linus dicit quod confortat oculum abster-
gendo et exsiccando humiditatem fixam in eo et proprie
quod est ad hunc exeo et abstergit ulcerum vestigia
et est quiescens lacrimis // Serapio cinis uue acerbe
uste in olla rudi subtiliter trite et pulverizate et cri-
brate et imposite tollit ardorem et lacrimas Et dicit
quod aqua decoctionis psillii oculis sepe lotis lacrime sic-
cantur Rogerius dicit aqua sublimationis florum
eufragie incipit palpebras tuefactas attenu-
at et maculas tollit vel frangit cum eius cum sit fri-
gida Et guillhelmus de varignana dicit Ego autem mirabile
experientiam habeo in sedatione pruritus oculi et des-
tructione lacrimarum et est succus herba quam multi di-
cunt esse de genere pedis columbini que in lapidibus
et sectis crescit ut plurimum eius folia sunt rotun-
da sicut folia malue sed sunt sicut petrosilinum divi-
sa ad albedinem et habet multos ramos ex una ra-
dice subtiles et rubeos et flos eius est viridis
et acutus sive in acutum tendens Hec contundatur
et sint drachme ii. ciorum. ℥. ii. thutie sublimate trite
℥. ii. salis ℥. i. vini boni subtilis et albi quarta
una ad mensuram bononiensem et in vase vitreo servetur
et de gutta una oculis collirizetur posita in lac-
rimali non erit effectus eius mirabilis

Fiet autem quandoque primo de pruritu et corrosione
lacrimalis qui fit a materia acuta illuc descen-
dente i. fiat purgatio cum electuario succi rosarum
cum pillulis de hiera vigorata cum succo rosarum Et
dicta ordinata secundum debitum Dicam que ingenio eam
quiescunt et constringunt lacrimas Dixerunt aliqui
antiqui quod pruritum tollit oculum aloe cum vino mix-
tum secundum quosdam non exsiccant humiditates oculorum
// Serapio et dyas. dixerunt quod aloe mixtum
cum melle aufert pruritum oculorum et lacrimas
et bar. miscet ipsum cum melle et vino // Dicit
etiam dyas. insime fumus pruriginem compescit et lacri-
mas et stringit Dicit etiam aqua decoctionis cum
spica oculorum pruriginem aufert Confert etiam pru-
rigini lacrimali secundum dyas. cinis lane siccate sub-
tilissime cum radio impositus Dicit etiam albumine
oui oculorum extinguit ardorem et dolorem compescit
// Serapio dicit comburatur ebanum in olla terrea do-
nec fiat carbo deinde abluatur sicut abluitur
mediluca est autem medulena lapis niger et est com-
quiescens oculo et pruritum eius Et dicit quod confert

collirium factum de sumach pruritum oculorum Et
dicit agresta facta secundum artem confert pruriginem
oculorum etiam confert ad pruriginem palpebrarum
Et specialiter dico de albumine oui et tollit etiam asperita-
tes que sunt in eo Cum pruritus est qui apparet
in oculo ex materia flegmatica salsa secundum serapionem
vi. mirifice acatia mixta cum alijs medicinis
oculi Fumus etiam pruritum a flate salso sedat succus
etiam cepe mixtus cum thutia et impositus // Apuleus
vmbilicus cum polenta imposita tollit ardorem
et tumorem oculorum // Fidelis dicit pumex ex-
tinctus ter in vino oculis immissus ardorem et
lacrimas tollit // Sedum // Auicenna multum prodest
corrosionibus lacrimalibus fumus elevatus a ligno
pini et confert fluxui lacrimarum secundum serapionem et
galienus dixerunt et dicit stercus lacte pruritum
albuginee confert et acuit visum Et dicit cum
lac mulgetur in oculo confert obtalmie et nocu-
mento menstruorum calidorum effusorum ad oculum et asperitatem
// Halab. dicit climia argenti si comburatur et lavetur
purificat visum et desiccat morphea oculorum
Multa etiam dicta sunt supra capitulo de pruritu et
scabie palpebrarum in libro quarto que etiam hic conveniunt
quare illa capitula in adinvicem videntur Et preterea
que dicta sunt in capitulo de vi... lacrimarum ad
pruritum oculorum et ad lacrimas valent

Ardor et incessio fit sepe in lacrimali et
fit a materia calida valdeque remotione indi-
get fiat ergo purgatio ut in omnibus talibus
debet fieri cum electuario succi rosarum aut alio modo ut
tibi placet distempera cum aqua fenugreci aut endi-
vie Dieta autem declinet ad frigidum et humidum
et cum est novo Pro vero huius dispositionis gal.
sic dicit de folio viole suppositum ventris confir-
matione faciente vel in oculis // Dyas. dicit
ossa dactili ustione oculorum tollit preparatur
aut sit sepe deinde est qua cum melle // Serapio
dicit lac caninum cum succo coriandri impositum
oculo tollit ardorem // Apuleus et folia man-
dragore recentia cum polenta tonsa oculis
supposita feruori oculorum validissime prosunt
Et dicit vmbilicus cum polenta impositum tollit ardo-
rem et tumorem oculorum Rogerius dicit aqua
que a vite incisa in vere colligitur punctiones
oculorum et arsuras removet quia cum calida fuit
Et ergo dico quod lac aquasiatum cum albumine oui bene
mirabiliter

Humiditates in oculo fiunt duobus modis
vno modo scilicet humiditas que descendit a capite in
oculos ex defectu virtutis assimilative
vel ex malo regimine Alio modo scilicet materia que ascendit
a stomacho ad caput scilicet cum vapores illi
aquam convertuntur et ad oculum descendunt Sed
diceret aliquis quomodo isti vapores convertuntur in aquam
cum caput totius caliditatis agregate sit complexionis
calide et humide Respondeo quod licet totius caliditatis
agregate sit complexionis calide et humide tamen in
capite sunt quedam partes frigide a proprio in complexione
ad medium generis quibus si occurrerit vapor ali-
quis condensatur a frigiditate illa et in aquositatem
convertitur Si autem vapor iste occurrerit parti calide
non condensatur Tertio etiam modo potest causari humiditas
in oculo scilicet male assimilatione ipsius oculi et etiam
patet // In cura ista habes tres intentiones
Prima consistit in purgatione capitis aut stomachi vel
alio modo secundum quod materia ad oculum descendit vn[de] :/. scilicet

si causa fuit caput cum pill. cochijs purget. Secunda intentio complet cum dieta debita secundum necessitatem me- dicinis ad siccitatem declinans. De 3a intentione parum loquar quia ad nos phisicos pertinet. Et ego etiam multa dixi in capitulo de fluxu lacrimarum que valent. Fetis igitur dictis supra et confortationibus membrorum. Dixit Constantinus sucus rute cum aloe mixtus oculi humidis prodest. Et Auicenna dicit aloe prodest cursui anguli lacrimalis et exsiccat humiditatem eius. Dixit iterum Constantinus sucus radicis affodillorum cum modico mirre et croci in vino decoctus fit optimum collirium contra humiditates oculorum et palpebras se mundantes. Auicenna dicit in antidotario etiam valent oculo mollificato et confert in ebis que confluunt fco ex eis alchool. Fidelis dicit quod cinis rosarum combustarum oculos siccat et sanat. Alii dicunt quod combu- ritur cadia marina et ponitur in oculis desiccat humiditates oculi et stringit sanguinem.

et quando frangitur alterum corpus tamen et fortasse franguntur ambo simul. Et si frangitur os parvum fractura est facilior quam si frangatur magnum et si ambo franguntur difficilior est quam si unum frangatur hoc totum patet. Cura huius fracture secundum similitudinem et fracture brachii et per omnia procedas ut ibi dictum est et mombus factis situes ipsum in capsula una que tendat a genu usque ad pedem. Nota tamen quod quando frangitur focile maius tibia declinat ad posteriora

Rotula in genu raro frangitur secundum in pluribus monet. Si autem frangatur ut dicit Haliabbas cum digitis iungatur et eques similia figura et impleatur modis dictis et allesta eam cum astella de corio rotunda. Deinde liga et quem illuc et remitta de 6° in 6um dieta sit ut tibi placet

Rasceta pedis etsi raro frangitur difficilis est curationis ut dicit Avicenna et sepe adducit accidentia mala. Et Albucasis dicit quod restauratur isto modo ponendo pedem patientis ad terram. Deinde suppone pedem tuum calcando fortiter. Deinde impleatur cum astella lata de corio et bene equetur cum manu illa concavitates. Remittetur de 4° in 4um vel de 6° in 6um. De eo quod digiti pedis franguntur restaurantur sicut dictum est de fracturis digitorum digitorum quare illuc vide cum opus est.

Dislocatio ut dicit Avicenna est egressio ossis a suo loco naturali in quo est quietis et prohibetur motus corporis et figura membri destruitur. Pro quo nota secundum Avicennam quod quietatio ossis est quadruplex. Una est serratiua ut in commissura cranei est videre. Alia est fixura ut in fixione dentium. Alia est appodiatiua ut in tabula pectoris. Alia est ligatiua ut pixidis et vertebri. Circa hanc quietationem accidit motio siue aptio quare non est dislocatio ut dicit Lanfrancus. Dislocatio autem quedam est completa in qua totaliter exit os a sua iunctura quo vocatur dislocatio. Quedam est incompleta in qua non totaliter exit os que ab aliquibus declinatio et contorsio. Quedam non exit a iunctura sed elongatur ligamentum et elongatio ligamenti dicitur. Modi dislocationum sunt quattuor secundum antiquos partes exitus et intus. Et cum hoc alia est simplex et quedam composita quedam est cum... tum quedam cum dolore. Quedam cum apostemate. Quedam cum vulnere quedam cum duritie. Nota bene quod ab omnibus istis differentiis sumitur indicatio curatiua. Et nota est quod dislocationum quedam est facilis sicut dislocatio manuum et quedam difficilis sicut dislocatio digitorum. Signum autem dislocationis est eminentia in una parte et cum concavitate in alia parte et cum hoc motus membri est difficilis. Cum ergo accidit dislocatio videas si est simplex vel composita si simplex fiat reductio. Si composita curetur alia egritudo secundum naturam. Cause dislocationis quedam sunt extrinsece ut casus et percussio. Quedam intrinsece ut humor inuiscans in iuncturis generatus. Signa autem huius que sunt que sumuntur a signis inherentibus

ut a compositione que non eminentia habet eminentiam et concauitatem per solitum et hoc ex parte opposita. Quedam sunt signa ab accidentalibus inherentibus ut a dolore et operatione et motus difficultate. Que quidem signa per comparationem ad suam sanam comparetur iuncturam cognoscemus. Iudicia sunt ista. Et primo iudicat Haliabbas quod dislocationes composite cum vulneribus aut dolore aut apostemate sunt difficiles et periculose ita quod aliquando cogitur remanere periculum in curatione sine reductione. Item iudicium est quod dislocatio antiqua et indurata est difficilis et quasi impossibilis ad curandum et ideo quanto citius erit possibile festinet ad restaurandum. Item est quod dislocatio in qua franguntur margine concavitates ossium est pessima. Quia est quod qui cum dislocatione molestantur restaurantur et rursus resilit huius inuiscaginibus... in iunctura. Nota propter hoc periculum Avicenna dicit qui cum bubulcitem a sciatica molestatur vertebrum resilit foras et rursus incidit in locum suum huius inuiscaginibus sunt pleni. Et in penultimo dicit Hippocrates cum bubulcitem a sciatica molestatur si vertebrum resilit forinsecus huius aresticus si autem vivant. Modum autem urendi dicit Albucasis cum instrumento circulari. Et est vidi unum sciaticum in quo os sexies erat resilitum et os devenit ad putredinem et mortuus fuit ex illo. Item cum quando in reductione auditur est strepitus ossis intrantis et ut si quis naturalis compitatur suo membro compari tunc arguas reductionem. Cura generalis dislocationum primum aliquibus documentis dictis in doctrina fracturarum quas omnibus restauratoribus fracture et dislocationis huius sunt quattuor intentiones. Prima est iuncture reductio. 2a est iuncture reducte firmatio. 3a est ab apostemate et dolore defensio. 4a est accidentium correctio. Prima completur quod cum extensione iuncture et impulsione eminentie et concavitatis repletione. Secunda completur vincta iunctura cum oleo rosato et applicetur stuppa gracili. Et applicetur nota stuppate aut panni multiplici plicati in albuminibus ouorum intinctis et si est necesse astella de corio apponatur et ligetur cum binda et aceto et aqua infusis latis longis secundum quantitatem particule de quibus superius dictum est et situetur membrum quietus et indolorosius quo erit possibile et de 4° in 4um remittetur et in 2a remutatione vel aliis sit necesse embrocetur cum aqua calida. Si prima autem nequaquam quia timor est de apostemate. Et similiter illud idem faciunt panni calidi et impleatur cum farina volatili et puluibus rubeis cum albuminibus ouorum incorporatis stricte ligando ut dicitur vasis. Tertia intentio completur cum flebotomia et purgatione si opus fuerit et bona dieta in principio subtili et cedato dolore et apostemate nutritiuorum. Deinde est in fractura et in fine embrocetur cum aqua decoctionis rosarum absinthii et potetur si opus fuerit ex oxicroceo et sit reducentur membra ad suas pristinas compositiones. 4a intentio completur secundum accidentia precedantia quod reducatur et per tractionem timere debes de spasmo et de aliis accidentibus malis. Teneant autem illa cum lana succida infusa in aqua calida et oleo et quoniam ut dicit Albucasis reducitur. Si autem fuerit cum vulnere primo reducatur. Deinde curetur vulnus et sanetur si opus fuerit et

dimittatur foramen ad expurgandum. Si autem componatur cum fractura apparet primo dislocatio et si est dislocatio antiqua et fuit induritiës embrocetur cum aqua decoctionis malue bismalue et in unge cum dyaltea et cum lana succida infusa in mucillaginibus mollificetur et cum cortice radicis bismalue cocte et pistate et cum axungia impingatur et loco bene mundificato reducatur ut tunc et sanetur. Et si sanata est secundum motus est difficilis curetur ut dicit physici in iunctione artetice iuncturarum.

Mandibula quandoque mollificatur quandoque spasmatur quandoque dislocatur. Cuius autem dislocatio quandoque est ad interiora et tunc os remanet apertum sicut in mollificatione. Et quandoque ad posteriora e contrario ei accidit aput mollificationem ut dicit auicenna. Et tunc dentes inferiores subintrant superiores ut dicit lanfrancus et non possunt os aperire et sermo eius est difficilis ut dicit brunus. Signa dislocationis ultra signa ultima sunt quod dentes superiores cum dentibus inferioribus nunquam possunt adequari et ut dicit auicenna nisi cito reducatur ducit ad febres et etiam ad dolorem et ad fluxum colericum donec interficiat patientem. Quando autem fractura est ad posterius reducatur isto modo: teneat caput eius unus minister dum restaurator mittat pollicem suum et alios digitos sub mandibula. Et si digitum non potest intromittere intromittat baculum de ligno et tunc fortiter tenendo mandibula impellat sub auribus os in locum suum. Si vero fuit ad interiora ponat bindam satis fortem sub mentone que totum ipsum mentonem comprehendat et tunc unus minister qui posuit baculum infra os magis retro quod poterit trahet fortiter capita binde per partem posteriorem tenentes genua super patientis humeros patiente supino sic restaurabitur et iste est modus guilielmi et lanfranci. Post autem restaurationem ponat emplastrum et pectie consuete et ligentur ligatura conveniente in dicta fractura et removetur de quarto in quartum infra 14 dies firmandum consequenter utatur rebus sorbilibus et non masticet. Si autem diu stetit dislocata aut fuit dura balneetur et mollificetur cum aqua calida et oleo et aliis convenientibus ut est dictum et reducatur. Si accidentia mala supervenerint accurre eis. Brunus quoniam erit de dolore radendo caput pungendo ipsum retro aures et per collum sub ascellis cum oleo rosato calido cura eum et semper regulariter procede prout est tibi possibile.

Quandoque spondilia dorsi dislocantur et dislocatio ista quandoque est completa et completa dislocatio quandoque est ad intus quandoque ad extra quandoque vero ad latera. Quandoque autem fit in spondilibus superioribus facit sequi naturam strimiosam ut habetur quarto interiorum. Signa generalia dislocationum sunt ad oculum manifesta et ad tactum. Nota bene quod omnis dislocatio spondilium est periculosa et suspecta ad reducendum propter mielam et nervos et maxime ista que ad interiora fit quia non convenit potest pertractari. Nota secundo quod dislocatio spondilium superiorum nocet transglutioni mediocrum respirationi. Aliqui ut auicenna ponit modum reducendi satis longum. In summa ergo trahatur ante caput cum manibus aut cum binda et inter dentes ponatur baculus et trahatur per mentone supinus pedibus positis super spatulas inferius comprimatur et tunc equalitur eminentia etiam. Hic si dislocatio fuit in spondilibus colli fiat in aliis trahatur corpus vel cum fasciis vel alio modo et eminentia vel cum pedibus vel cum manibus vel cum tabula comprimatur et confirmetur ut iam dictum est et eo modo ligetur ut mundificetur si fuerit expediens aut desuper ut melius firmetur et removetur tertio die quarto usque in quartum diem in 20 autem diebus finitur.

Dislocatio autem humeri fit duobus modis uno modo ad partem inferiorem lateris domestici et alio modo ad partem inferiorem partis silvestris. Brunus dicit alii quod versus partem superiorem potest dislocari in rotis. Signa autem istius dislocationis sunt manifesta ex eminentia et profunditate seu concavitate insolita et motu difficili aliquando et impossibili. Potest probari eius dislocatio cum suo compari et per profunditatem seu concavitatem et per bassitudinem magnam in humero et rotunditas eminens ad modum ovi in subascella et concavitas in capite humeri et numquam ad caput non potest elevari inferiori dislocatione et tunc eminentia est interior et concavitas retro superiori eminentia et posterius et manus non potest a latere separari. Nota bene quod iuxta dislocationem sepe per apostemationem et contortionem decipitur homo ut raro vecitat et audivi de facto. Curatio ista dislocationis que per prius est ad inferius reducitur per modos multos. Primus competit lenibus et est quod extendat brachium et imponat digitum aut pugillum aut summitas humeri cum subascella deinde trahendo inclinetur ut trahatur brachium ad inferiora et reducetur brachium. Secundus modus in fortibus est ut ponatur glomerus firmus subascella et trahatur superius fortiter cum fascia et quo brachium ad inferius trahatur et impingatur et reducetur. Aliter reducitur posito et elevato patiente super unam scalam gradum scale bene pannis involuto et brachio bene tracto et corpore pendente quod oportet quod gradus scale sit altior ipso patiente reducetur. Sit autem gradus scale bene subitus ne in brachio fracturam causet. Aliqui faciunt cum verra isto modo stet duo ministri qui teneant unam stangam sub spatula vel inguinum deinde removetur illud quod patiens habet sub pedibus trahitur inferius brachium isto modo. Postea partes compleantur in primis cum albumine ovi et postea cum farina et pulvere rubeo complete et ligetur porrecto pilam de stuppis aut de panno subascella et ligetur bene et firmetur cum binda longitudinis quatuor brachiorum et latitudinis 5 digitorum. Si autem a duobus capitibus involuta per medium incipiendo super palam subascella. Deinde ambo capita involvendo et cruciando super humeros ducantur ad aliam subascellam et reducantur iterum super humeros cruciando et reducentur super pilam et iterum totiens volvendo quousque bene firmetur et suatur et ubi indigebit maiori firmitate resuatur et sustineatur cum mantili ad collum removetur de ix in ix diebus aut aliter ut tibi placet in 20 diebus

dulcoret aut cum aliquo spauadrappo partes hume-
ri parum dislocantur. Et separatur et potissime fur-
cula pectoris quia in humeris non sunt alia ossa
quam spatula recipiens cum duobus rostris a furcula clau-
dente et adiutorium intrante ut dictum fuit in
anothomia. Separatio autem furcule cum cuniis supti-
cis dictis reducatur.

Dislocatio cubiti quamvis est pluraquam magna
et secundum albucasim et omnes alios quedam est ad partem
interiorem et ista ut plurimum accidit et quedam
ad partem posteriorem // Rogerius non curavit nisi
de ista que fit ad partem interiorem quia ista ut plu-
rimum accidit // Signa autem dislocationis illius
communia de eminentia et gravitate sunt accidentia
// Lateralis et difficultas in motu et ap-
plicatio impossibilis ad humerum // Pro quo nota
quod cubitus difficulter dislocatur et difficulter
reducitur propter infiltrationem ligamentorum et os-
sium varietatem ligamentorum // Nota est quod ra-
ro dislocatur faciliter supius quia non habet diu-
sitate magnam inferius aut plurimum //
Cura est ista si dislocatio est in parte ante-
rior tunc extendat manus infirmi cum
manu tua pollices donec tangat humerum
et cum alia reducatur et equatur eminentia // Si
vero fuit fractura ad posteriorem tunc necesse est
ut extendatur brachium extensione forti et
revolvatur ad omnem partem et inungat res-
taurator manus suas cum oleo aliquo ut sit
eius adiutorium in lubricitate. Deinde imprime
iunctiram donec ingrediatur. Aliqui reducunt
aliquam cum genu posterioram non ut dicit auctor
et isti extendunt per planum brachium et tunc
huius ipsum dictum eminentia cum genu impellitur
et brachium ad humerum plicatur. Et lanfranc-
us dicit quod est utile portare aliquod ponde-
rosum aut ipsum sublevare et conetur ipsum
de portare. Remittetur autem de 4° in quartum
et liget et emplastret modo dicto supra et ad col-
lum portet. Et si post sanationem accidit tar-
ditas et gravitas in iunctura aput mo-
tum non humectetur locus in balneo et frice-
tur cum levitate donec levatur. Et si pla-
cet ponat cepum arietis cum butyro et pa-
lcodicatis restaurant in eis.

Ante dislocatio in genu itaque partem faci-
liter reducitur potest autem dislocari
ad omnem partem. Precipue tamen ad anteriorem
et posteriorem // Signa vero sunt in signis
sibi iam suppositis. Cura ergo in medio stat
et bene extendendo et applicando et cum eri-
gendo huic inde iuncturam et comprimendo
eminentiam cum manu super tabula // Infir-
mato autem non est aliud ad faciendum quam in
aliis nisi quod astellentur cum ligno aut
corio et remittetur de 4° in quartum. Firmatur
secundum lanfrancum in xii diebus. Et post ut dictum est
fiat si erit opus ut dictum est in aliis capitulis

In dislocatione coxe auctores fue-
runt multum varii. Nam albucasis non ponit
nisi tres modos scilicet ad interiora et
ad exteriora et ad posteriora. Brunus
theodericus et lanfrancus sequentes auctorem po-
nunt 4or et concedunt illas dicunt quod ut plurimum
accidit ad exteriora raro ad interiora // Guil.
de salicito est eis oppositus dicens quod ut plu-
rimum dislocatur ad posteriora numquam tamen ad
exteriora vel raro propter os et ligamentum anche
verum quod omnis modi curandi occurrunt in duo-
bus modis verificandi scilicet ad interius et ad pos-
terius ideo non est multum curandum // Signa autem
communia huius dislocationis sunt dicta illa tamen auctor
inter alios istam in dislocatione melius specifi-
cat. Habet ergo albucasis quod si dislocatio fuit an-
terius et exterius tibia infirmi est longior et
cum alia non potest adiungi neque plicari quia caput
coxe intrat in inguine et inflat et
in hoc apparet gravitas in parte exteriori.
Dislocatione exterius posterius et equa tibia est
brevior et non et non calcat de calcaneo et est
gravitas in inguine et eminentia est. Cura
more dicendi est intelligendum quod licet auc-
tores ponunt multos et diversos modos
reducendi hos modos dislocationis illis
ad unum eundem modum vel duos propositos redu-
cuntur. Unde omnis modus secundum albucasim ad omnes mo-
dos est multum utilis qui ignoratur propius mo-
dus dislocationis et est quod teneat patiens
per humeros fortiter aut ligetur per humeros
per radicem coxe cum fascia et ad columpnam cum
alia parte per partem genu trahatur fortiter coxa et
vice una talis sit extensio quod quasi elevetur
patiens a terra et tunc coxas ad eandem partem
moveat quousque sit reducta. Primus modus
reductionis proprius ad dislocationem exterius et
posterius est quod eo modo patiens trahatur prefata
autem reductio per longitudinem comparis sana
manifestatur ut dicit rogerius. Ingenium autem
ad trahendum et ad extendendum iuncturam aliquando
sit faciunt extendatur mensa longior patiente
per et in quolibet capite firmabitur columpna post
cum mantili transeunte per inguinum subtus dor-
sum et super ventre ligabitur et cum alio mantili
ligata coxa super genu volvendo tota tibia usque
ad calcaneum et ad aliam ligabitur columpnam et
cum aliis cannulis positis per mantile et co-
lumpna torquendo trahatur ad qualem partem // Aliqui
faciunt hoc cum torculari ligando infirmum
ad unam columpnam et ad coxam ponunt torcular
et tunc firmetur autem modo dicto supra cum emplas-
tris. Si autem dislocatio sit iam pluries humi-
ditate ipsi administra cauterium post eius reductio-
nem // Sit autem in ligatura in parte exteriori
astella una que transit in coxa usque ad me-
dium cruris vel ad caniculam eius. Aliqui coxe
et tibie apponunt et ligant pondus trium
aut 4or librarum dimittitur hoc pendere usque
lectum vel lectica // Remittetur de 4°
in quartum firmatur autem in tribus diebus

Genu est velox dislocationis et quamvis
forte dislocatur sine manifesta causa
ut si quis ambularet fortis pars illa
faciliter lubricatur. Dislocatur autem ad omnem
partem nisi ad anteriorem propter rotulam et adiuto-
rium eius. Reducatur autem illo modo sedeat infir-
mus super sede propinqua terre et elevetur
pedes eius parum. Deinde extendatur extensione
forti et reducat restaurator genu ad
dispositionem suam secundum modum dislocationis et
ligetur ipsum ligatura conveniente // Cognoscitur

aut dislocatio genu cum cuius quietem bona
non habet cum coxa ut ex sibi pari est vide

Rotule accidit dislocatio in reducendo
eam oportet ut ponatur pes planus ad terram
et reducatur cum manibus rotula // Deinde imple
atur circuitum genelli pannis prohibentibus
plicationem et ponantur super eam astelle resi
stentes ei ex parte qua declinat Cum autem res
tringeretur adhereret non duplicetur genu cum
festinantia sed paulatim

De dislocatione pedis scias quod faciliter dis
locatur et sic faciliter reducitur Sed diffi
culter firmatur propter multitudinem ossium compone
tium iuncturam et potest dislocari ad omnem partem
et precipue ad exteriorem et interiorem Tenin
firmetur patiens et coxa et tibia bene exten
sa pes trahatur et moveatur ad contrariam partem in
fortitudine et eminentiam cum manibus comprimatur donec
reducatur firmiter et astelletur Remotis autem
.... in .... quiescat per 30 aut 40 dies
Debes autem esse cautus quia sepius in reductione
ista erratur

Modus reductionis si dislocatur est iste
extendatur fortiter pes et corpus ab alto te
neatur et medicus manibus propriis reducat os
ad suum locum // Deinde ponat emplastrum et ligetur
fortiter et firmetur cum ligamento cuius una
pars tendit ad pedem et alia vadit ad cavi
culam et ligetur illic caute tamen ne ... ner
vus qui est sub calcaneo in posteriori parte ledatur
ex vehementia legatur prohibeatur a motu
per 40 dies

Digiti pedis dislocantur sic et digiti ma
nus et eodem modo curentur nec plus
nec minus sic et digiti manus curantur quam isti

Cauterizatio et operatio manualis cum igne
facta artificialiter in corpore humano ad
utilitatem determinatam Ignis autem secundum omnes
doctores est duplex quidam artificialis actualis
et quidam potentialis // Ignis actualis est fit
subito cum instrumentis metallinis ignitis vel cum ra
dice affodillorum aut aristolochie sicut calefactis
aut cum sulphure ignito vel cum cineribus ig
nitis aut cum aqua seu oleo bullitis et non a ca
su sed scienter applicata sunt // Alius est ignis
potentialis qui non apparet ignis sed naturaliter per
medicinam horribilem cum reducitur de potentia ad
actum operatur // Fiat autem hic de medicinis
causticis et rumpentibus et istarum quedam
rumpunt fortiter et faciunt escaram ut calx
viva cum sapone et mel anacardinum Quedam
autem leviter operantur et non faciunt escaram nec
vesicam ut sunt cantarides // Nota tamen quod ac
tualia cauteria sunt securiora quam potentialia eo
quod ut dicit albucasis Ignis actualis est simpli
cior et minus ledit partes vicinas et membra
principalia eo quod ut dicit albucasis quia caliditas
ruptorii que caliditas cuptorii membris prin
cipalibus est multum suspecta In casu autem
in quo patiens est multum pusillanimis et
non est ausus videre ignem et ubi apparet flatum
non est malum apponere ruptorium Aut est in quo

voluimus facere cauteria ad evacuandum quia tunc
ruptorium propter dolorem et escaram que dimittit
grassam debilitet membrum quia maiorem pro
vocat fluxum // Et avicenna loquens de cauteriis
dixit quod cauterium actuale melius fit cum auro
// Ad hoc dicit arnaldus de villa nova quod hoc
verum in membris teneribus quales sunt oculi //
Haliabas dixit quod in aliis quam predictis multum melius
cum ferro et rationem assignat eo quod caliditas ig
nis melius potest mensurari in ferro quam in auro
et hoc notum est Et idem dicitur de argento ubi ma
gister fuit aurifaber et in hoc assuetus // Nota
20 quod cauterium convenit omnibus dispositionibus humorabi
libus et maxime frigidis et humidis Calidis autem
dispositionibus licet cauterium non conveniet per se conveniet
tamen per accidens ratione remotionis cause // Cau
teria autem naturis non sunt utilia primo in eis fa
ciunt multa et tenet albucasis Guil. lanfrancus
et brunus et quamvis sit medicamen multum
utile et voluit avicenna et albucasis eo quod de eis multa
pertractaverunt et sic. p. et halib. modernis mod
ernis temporibus non habet tantum usum quantum habebat temporibus
antiquis et quia qui exercent per raritas et ope
rantes empirici et absque purgatione propter quod
leduntur quam plurimi // Et arguendo ergo isto
per fallaciam accidentis possum arguere istud magiste
rium deficere ergo hic opus deficit Est namque
cauterium necessarium magnificando ipsam sanitatem et
extirpando egritudinem // Hoc namque cauteri
um dignitate fortium tenet locum universalium
evacuationum et fleubotomiarum et purgationum
in hominibus qui talia sustinere non possunt Et
ulterius si factis illis purgationibus reliquia aliqua
renascerunt hic cauterium benignissimum corrigit
et emendat et maxime in egritudinibus fortibus
et malignis in quibus solum sufficiunt Et propter
hoc antiquitus solebat dici nisi tamen ultimum
medicine non ultimate finis sed ordinis quia
post decem farmaciam et fleubotomiam debet
fieri cauterium hoc autem intelligitur ubi convenit
alias autem multa mala faceret Et quia istud auxi
lium est ita generale circa ipsum primo inquirendum
quare fit 2o quo fit 3o regimine ipsius // Pro
notitia primi est sciendum quod cauteria fiunt propter uti
litates generales et speciales // Utilitates genera
les et speciales cauteriorum actualium principaliter
secundum magistros sunt vii // Primam ponit avicenna
ad prohibendum ne corruptio multiplicatur
in membro et isto modo fit in circuitu estio
menorum ut G. in 2o ad glauconem dicebat
et idem voluit avicenna fit autem in ulceribus se dila
tantibus et in ossibus corruptis // Secundam utilita
tem ponit avicenna ad solicidum materias coartatas
in particulas Et isto modo percipit albucasis et ha
liabas quod fiat in guttis // Tertiam utilitatem ponit
avicenna ad calefaciendum membrorum Calefacit autem
cauterium actuale et desiccat membra que ut
plurimum a frigido humectantur et ebetantur
et ideo dicebat p. succum sana est propinquis
humidum non sano // Quartam utilitatem ponit
avicenna et est ad stringendum ipsum sanguinem
quam approbat G. xi. 4to terapeutice cum dicit
advenerit ea que vocata escara operatur
vehementer corruptis quodam ad stringendum fluxum
sanguinis // Operantur autem per ignem ipsam
aut per farmaciam similem igni // Quintam utilitatem
posuit G. ad prohibendum descensum

Et isto mo precipit cauterizare venas timporum ut
non fluat ad oculos mā et in ruptura est
faciend ne intestina descendant Et de isto
reynaldus fecit afforisma qui incipit Manatio q
quiti nequit ad exitum mālez Et approbat
reynaldus ad euacuand et diuertend inveteratos
fluxus oculorum et totius corporis et isto mo
fiunt sectiones et cautia retro collum et in fon
tanella lacertorum ubi lacertus a lacerto distin
guitur aut sub eis per duos vel tres digitos
que dirigunt ad pedes mās Et utilitate
ponit unus quam qui et hoc est ad reumpendum
superflua et isto mo apiunt apita relecantur
glandule extirpantur carnes viue et etiam mor
tue // Utilitas aut particulares ponit albucasis et sunt
96. et ab halicbate ponuntur 20. // Brunus etiam
multas utilitates posuit // Sicut etiam fecit ro
gerius et sicut etiam glosatores rogerii illud idem
faciunt et sicut a guil'. et lanfranco et sic de
aliis // Aliqui tamen moderni non ponunt nisi
octo // Primo cauterium faciunt in summitate
capitis et fit in loco ubi pertingit digitus me
dius extensa extensa manu dextra ex ra
dice palme supius // Et in hoc est halicabas
et guil'. lanfrancus et rogerius et alii. Cau
teria rotunda ad euaporandum cerebrum et ad
diuertend mās reumatizantes valet et ali
qui profundant ista cauteria usque vel aliquam absem
~~dum~~ abradunt et exfoliant primam tabulam
quod non laudo nec unquam facere per illud quod
vidi inope et etiam albucasis hic laudat et
id cauteria talia valde valet est. mane dol.
capitis fluxui oculorum parisis et omnibus reu
tisimis // Fiant etiam in carnibus capitis et
occipite ~~cauteria~~ cauteria cum eodem instro ad ca
lefaciend et confortand caput ut paralisi tre
mori et spasmo et aliis fit in lepra ad
spani palliand // 2º fit cauterium in facie et
in multis locis facie et diuersa etiam cauteria
fiunt // Fit etiam uno mo cauterium in palpebra
ad claudend poros pilorum ut non renascantur
et hoc fit cum cauterio actuali Fit etiam 2ºo
cum cauterio cultellari puo Fit etiam 3º iux na
sum in fistula lacrimali cum actuali cauterio
imponitur aut canne ut suo loco dictum est
est // Fit etiam 4ºo. in timporibus ad claudend
venas retinere oculorum cum cultellari Fit
5º mo in naso pro polipo consumendo cum
cauterio actuali puo // Fit etiam in gingiuis
pro dolore et putrefactione ipsarum cum cau
terio actuali et canna Fit etiam pro dina
inciuenda cum cauterio inscidente et ca
na ut suo loco est visum // 3º fit cauterium
in collo fit aut illo mo capiatur cum tena
culis vel cum manupellis retro collum iux
fontanellam et perforetur cum ferro ignito
et per forame ponatur corda et dimittatur
longus aptus fit aut ad diuertend mās ocu
lorum // Cauteria etiam rotunda facta retro in
fossa .i. in fontanella longo tempore dimissa
curant maniatos stomaticos et vertigino
sos Et confirmatur hoc hoc quod G. dicit .x.
terapeutice quod ventosa super occipitium posita vel
facta nobile est auxilium reum oculorum qui
tonicis et cauterium // In parte aut ante
riori in collo peperunt 4ºo. magni fieri
cauterium mo dco per euacuare mās quitte

rubee vel rosee vel etiam aliarum infectionum
facie et oris et etiam alio mo pot fieri cauterium
in brachiis per iuncturam ad tres dies
lacertus a lacerto manifeste distinguitur
Fit aut cauterium clauli rotundo et fit
pro egritudinibus facie et partis anterioris col
li Quinto fit cauterium toracis sub furcula
fit cauterium rotundum pro asmate et pro egri
tudinibus gule // Fit etiam cauterium cum laqueo
mo supradco Dubastellis fit etiam eodem mo pro
egritudinibus hiteri et pro mundificatione
cordis et ad palliandum leprosos In empia
te etiam aliis fit apertura cum ensali cultellari
ad extrahend saniem et fit inter costas et in
periculosum de fistula aut de morte per debili
tatem cordis ex aere sine alteratione et
mundificatione subintrante // 6º fit cauteri
um in ventre super stomachum rotundum per egri
tudines stomachi Et fiunt etiam cauteria super epar
et super splene per dolore illarum partium et fiunt
etiam cauteria subtus umbelicum per aquam per ydro
picos Et alii. faciunt ea cum clauibus duplicatis
7º fiunt cauteria in anthis primo in
inguine per rupturam intestinalem Fit etiam
in pectine per vesicam Fit etiam retro per re
nes et gibbositate Fit aut cauterium rotun
dum vel clauale Fit etiam in bursa testiculorum
cum laqueo modo supradco per herniam aquosam
et carnosam // 8º fiunt cauteria in fon
tanellis sub genu per tres digitos ubi la
certus a lacerto distinguitur Fit etiam cla
uale rotundum arestatum hoc aut fit per
purgationem totius corporis et morborum tibiarum
// Plures etiam utilitates particulares faciunt
cauteria que supius in capitulis particularibus sunt
declarate // Utilitates vero cauteriorum pote
tialium sunt quasi eedem sicut et actualium
notant dixi quod eedem quod non confortat sicut
cauteria actualia immo debilitat Ista aut
cauteria multi appriant ad euacuand apata
flatica et etiam ad restringendum fluxum
sanguinis et magis hoc faciunt actualia.
Ista namque cauteria ponuntur in locis neruosis
carnosis quod trahit a profundo magis quam
actualia // Cauteria etiam vesicantia ponuntur
in locis cutaneis et sub mentone in to
ta facie ut in gutta rosea declaratum
est retro collum in cauernulo pedis et ma
nuum // Nota bene quod hoc cauterium non tra
hit nisi humore cutaneum ut patet ad sensum
// Dixi 2º quod erat dicendum quo fiunt ista
cauteria Pro quo est dicend quod illa cauteria
actualia fiunt cum instris metallicis ut cum
ferro auro argento etc. // Cauteria aut po
tentialia fiunt cum medicinis causticis sicut
cum calce sapone nigro et similibus // Instria
cum quibus fiunt cauteria actualia apud nos
tros antiquos sunt diuersa et multa Et
aliqui moderni ponunt .x. ut lanfrancus
Brunus reducit ad septem // Guil'. de sali
ceto ad viij. // Pro quo nota quod cauteria
tota et forme eorum possunt esse sex particu
laria possunt esse plura quam sunt opportet particula
res quas facit vis possis cauteria tua ordinare
// Nota etiam quod de omni cauterio ordinare
debes tria unum magnum aliud mediocre
aliud paruum Prima forma cauterii actualis est

cultellaris ad formam cultelli facta et ista forma est
duplex quedam est incidens ex una parte solum
ut cultelli incidit // Alia est ensalis ad similitudinem
ensis que incidit et aperiuntur apostemata et vulnera
mala possint rectificari // 2a forma cauterij
est olivaris et Guil. et Lanfrancus diversificavit quod
dicitur olivare ad similitudinem folij olive // Halaba-
tes autem dixit nono sermone practice quod dicitur cauterium
olivare quod ossibus olive similatur et hoc potest declarari
quod cauterium fit in summitate capitis et eius fit
iuxta iuncturas propter dolorem earum fit etiam in ner-
uo ne ei putrefactio proximetur in eius spacium
et fit etiam super ossa propter magis exsiccare cum
cautizant relinquitur propositum Halabatis licet
forsan diceret quod eadem est forma olive et folij salvo
quod una est plena alia non // Tertia forma cau-
terij est dattilaris ad similitudinem ossium dac-
tilorum fractorum et vultum ad omnia ad que valet oli-
varis se ipsum meliorem formam relinquit post
quod obligam et est grossius quam olivare et id
est principium in ulceribus et ossibus corruptis
// Quarta forma est punctualis longus cuspide
gracilem et rotundam cum quo cautizetur sola
cutis et est duplex cum resta ut non transeat
et cum illo fit cauterium in fontanellis bra-
chiorum et tibiarum // Aliud est planum longum
ad modum radij cum cannula ut non offendat
latera cum quo cautizantur fistule ut lacri-
malis fistula polipus infra nasum et dentes
Quinta forma est ut cauterium cum quo ponuntur
cotones vel aliter hic ut punctuale et valet
ut supra dictum est // Cauterium nostrum est circulare
cum quinque additamentis ad faciendum quinque cauteria
ubi sunt quinque additamenta fiunt autem super secam
in dolore ipsius et super humeros et super gibbo-
sitatem humerosam et dolorosam // Modus
autem faciendi cauterium est quod inquiratur bene
locus ubi debet poni et desiccetur et signetur
et applicetur plata vel cannula ferrea si indiget
aut sine ipsis ubi non est necesse et firmiter
teneatur patiens et ignita iam assint ad
minus duo vel tria donec rubeant et tunc
cauteria sunt meliora dicunt tamen sepe ignita et
rubea caute nigro autem sunt quod teneatur patiens
ut non videat et inspiratur et revolvitur prope
ne adhereat carni // Fortius tamen fiat in ossibus
molle quam in carne et ~~leviter~~ levius adhuc
in nervo quousque cauterium perdat rubedinem
// Reytterent totiens quousque habuerint
intentum // Medicine vero cum quibus
fiunt cauteria potentialia sunt ruptoria quorum
aliqua per se dimittit escaram ut calce
viva sapo mollis equaliter de quolibet ad quantitatem
que sufficiat ad componendum miscetur aut re-
centis et antiqua sunt infriata supponatur ut
dixit alb. et addit aliquid salis alkali alcali
ut dixit Halabates // Et Theodoricus dicit quod ponatur
aliquid fuliginis et alij apponunt de salvia
et loco signato inquo debet apponi statim applicatur
appositum primo defensivo quod fit de pasta balneata
in albumine ovi vel fit de aliquo alio glutino-
so et alij faciunt de terra rubea vel molli
hoc facto ligetur super locum firmiter ne currat
huc inde et dimittatur per aliam et xij horas
usque ad xviij horas // Multa etiam alia sunt
ruptoria ut trociscus maioronis et sic est rupto-
rium de cinere cervi // Medicinis autem rumpentibus

que non faciunt escaram sed vesicam sunt can-
tarides iuncte cum cepe et folia flammule quanti-
tas est ℥ s usque ad ℥ j et ligentur et
non stricte et dimittatur ab viij horis usque
ad xij et post removeantur // Dixi 3o
quomodo videndum erat quo facto cauterio debet
cauterium regi // Pro quo sciendum quod eorum
regimen est duplex scilicet ante actum et post actum
Ante actum ipsius dicitur tempore potest duplicare ut
dixit alb. aut dummodo corpus sit purgatum
in 6. in 4o. et 3o. terapeutice dicit quod
nullo evaporationem non adiutorium auxiliator
ubi audias antiquos evacuatorem totius corporis
vitaris // Debemus etiam esse cauti et infir-
et dicere quod cauterium est securum et bonum ut
ipsi ipsum melius tollerent Et si est necesse
ligetur in tollendo carnem malam superaddi-
tam an. facta cautizatione in primis tribus
diebus super locum et circa locum albumina ovorum
agitata cum oleo rosarum // Hoc facto inquiratur
casus escare cum axungia non salita aut cum
butyro lavato et pasta frumenti vel alio
ut tibi placet postquam ergo cecidit esca-
ra mundificetur et curatione ulcerum curetur
Si autem ipsum vellet tenere apertum ut materie
melius ad locum curreret et ut fumi melius
exirent non mundificetur Regantur autem
isti cautizati regimine infrigidato per septem dies
ut igneitas illa sit retracta post vero
confortetur virtus Tempus autem tenendi ipsum
apertum est tempus 40 dierum ut dixit Rogerius
Et alij dicunt quod est tempus trium mensium Ita
ille est finis ultimus apertus Ultra autem hoc
tempus debilitatur membris et habituatur cacoe-
timia et cum hoc virtus in eo confortata est ha-
bituata evaporata Si vero autem est modus tenendi
di tale ulcus apertum cum nodis et cera sim-
plici et si in aqua malaxetur adhuc utilius
erit Collopi. euforbium scamonea ellebo-
illa ponatur in ulcere ponatur aut per humores
quos volumus purgare et desuper ponatur
folium caulis In cauterio potentiali autem appo-
nere est necessaria maior purgatio quam in actuali
cum sit maioris lesionis Illo tamen est necesse
quod in isto ligetur patiens sed signetur et ap-
plicetur et postea apertum regatur ut de cauterijs
est dictum // Cauteria vesicantia non indi-
gent magna custodia et specialiter vesice
que fiunt ex applicatione cantaridarum cum bal-
neo autem corrigatur Cum autem ex isto can-
terio vesice fuerint causate aperiantur cum
forficibus aut cum acu et postea desuper folium
caulis et panni applicentur et removeantur
ut placet et infra vij vel viij dies
desiccantur quod escaram non faciunt et consolidantur

Expliciunt sex libri magistri petri de bononie
argelata finiti et completi anno domini
M° cccc° lxx° septima die mensis
Januarij de sero hora quasi nona :-

De flegmone
De erisipilla
De formica
De formica miliari
De igne persico sive sacro
De nepos et ebullitionibus humorum
De estiomeno
De estiomeno cancris et esthiomeno
De ulcere carbunculo et antrace
De apostematibus glandulosis et bubonibus
De bubone pestifero
De tertiis in generali
De adenibus bone et male famei
De medicinis generalibus ... et ... corporum
De ... i. furunculis
De morbo
De apostematibus frigidis et undimia
De nodis
De bubelet
De scrophulis
De modo medendi scrophulas
De zephiros et aliis apostematibus durificantibus
De cancro
De apostematibus ventosis
De medicinis repercussivis
De medicinis sedantibus dolorem
De medicinis mundificativis
De medicinis attractivis
De vulneribus absolute
De cognoscendis vulneribus mortalibus
De modo cognoscendi in quibus partibus contingunt vulnera
De vulnere carnoso simplici
De modo cognoscendi que vulnera sunt suere et quis sit modus suendi talia vulnera

De vulneribus

De accidentibus evenientibus circa vulnera ut sunt spasmus dolor et talia
De triplici ligatura vulnerum
De vulnere contuso
De vulnere ex ferro venenoso aut cupro curali
De vulneribus venarum et modo consolidandi eas
De medicinis facientibus nasci carnem
De medicinis incarnantibus
De medicinis cicatrisativis
De medicinis corrosivis
De contusione
De cura contusionis
De casu et offensione
De contusione in ventre
De cura flagellati
De suffocato in aqua
De contorsione
De contractione
De punctura et extractione sagittarum
De cura combustionis ignis
De combustione in aqua
De suffocatione ab igne
De fluxu sanguinis
De cura fluxus sanguinis
De fluxibus sanguinis
De emborismate et eius speciebus apostematum
De ulceribus in generali
De cura ulcerum in generali
De cura ulcerum item
De ulceribus virulentis
De ulceribus sordidis
De ulceribus profundis
De vermibus in ulceribus
De ulceribus corrosivis
De ulceribus putridis
De ulceribus difficilis consolidationis
De fistula
De super excrescentia carnis
De male curatis ...
De eradicatione vestigiorum
De spasmo in nervo
De vulneribus in nervis
De punctura
De incisione
De nervo denudato
De corruptione et conquassatione
De contorsione
De effractura ossis
De putrefactione ossis
De accidentibus contingentibus fractis ossibus
De fractura cranei

Liber secundus

De apostematibus in generali
De apostematibus in principio
De apostematibus in augmento
De apostematibus fraudulentis
Sermo plus de apostematibus
Sermo de flegmone
De apostematibus capitis

Unde talpa et testudine
De sepmaria
Unde duritie nodi in capite
De apostematibus tumore colli et de quibus
et hoc apostema vocatur obtalmia
Unde obtalmia et sebel
De apostematibus in superioribus oculorum
De ordeolo
De apostematibus aurium
De apostematibus duris post aurem
De apostematibus in aure
De apostematibus nasi
Unde polipo
Unde apostematibus in labiis
De nodis in labiis
De apostematibus in ore
De apostematibus in gingivis
Unde apostematibus lingue
De apostematibus circa linguam
De dolore lingue
De ranula
De amigdalis
De apostematibus faucium
De relaxatione uvule
De apostematibus in uvula
De dolore in uvula
De apostematibus oris
De fistulis in partibus oris
De dolore oris
De apostematibus colli et gule
De squinancia et eius cura
Unde bocio
De botigia et de apostemate transfluxi
De apostematibus dorsi
De tumore in dorso
De gibbositate
De apostematibus in adiutorio
De dolore spine et spatularum
De dolore dorsi
De dolore colli
De apostemate colli
De nodositate colli
De apostemate et flentana
De nodis in genu

De apostematibus circa manus
Unde apostematibus circa iuncturas
Unde apostematibus circa fines digitorum
De apostematibus sub ascellis
De aliis apostematibus circa easdem partes
De zephiros
Unde apostematibus mamillarum
Unde pilo in pupilla mamillarum
De apostematibus in pectore
Unde apostematibus in stomacho
Unde duritie in stomacho
Unde apostematibus epatis
De apostematibus epatis
Unde duritie in epate
Unde apostematibus in splene
Unde duritie in splene
Unde eminentia in umbilico
Unde ydropisi
Unde apostematibus in inguinibus
De hernia testiculorum
De apostemate testiculorum
De hernia aquosa
Unde tumore in bursa
Unde hernia carnosa
De apostematibus testiculorum
Unde apostematibus testiculorum
De apostematibus duris in testiculis
Unde apostematibus virge
Unde nodo in ano
De apostematibus vulve
Unde duritie in matrice
De moro in collo
Unde apostematibus in ano
De apostematibus duris in ano
De moro et ficu in ano
De tumoribus in ano et emorroidibus
De apostematibus coxarum
De tumore in genibus
De varicibus
De elefancia

Capm d podagra ſ varyd'
d' dolore in genibus

autor spite cenne

Item salvia cum aqua ardente lz celestem virtutem in paralisi et doloribus membrorum

Item quod dentes pavonis suspendatur in collo patientis in malo caduco valde et multi magistri magistro ~~[illegible]~~

Item fel canis piscis et cor fugat demonium si subfumigetur ex ea et matrice piscis dicti pelegrini Item gemma et omnis gemma quod omnem modum administrationis fugat demonium et hanc arborem dicitur genus ad quod simplices timent ad optant ut pro fonte scribe

Z in Martino de polonia est 141. b. L f. 4

II/

autor q̄rite ccnae

Ap salma cum am ardente lz celestem virtutem cum epalisi et dolorib[us] mediatz h

Aff q̄ rz derus parens suspenda cum collo parentis h amallosum vede[re] m

et [illegible] [illegible] magistro [illegible]